¶Per viam ensis duarum manuum armis quoqz curtis vel breuibus luditur z ludus ipsius ī leuata vulgariter nominata consistit: que intelligenda est pro primis ictibus quos docere vt adiscere incipimus: quanquaz potissima causa sit corporalis exercitij z plures ictus ac giros armis agimus. principaliores tamen ictus de ense duarum manuum sunt duo ascendentes quos vulgariter montantes appellamus. si autem ex dextera parte fiunt in primo ictu pes dexter inchoare debet ad se mouendum ingrediendo cū ascēdente vel montante, secundo statim cum reuerso aut manu sinistro reuertendo ex parte sinistra ascendendo vel caput ense cooperiendo. ¶Est etiam vtilissimum dum ostentamus nos cum ascendente insultaturos z per eandem viam puncta infligenda est. Brachia vero nostra erecta atqz anterius porrecta restare debent z hoc tutum est dū offendimus ac nosipsos defendimus. Plicatis enim ī aliqua parte brachijs periculum in ijsdem occurrit. ¶Similiter de sinistro latere duos manureuersos facere oportet vt ascendant: aut quod postremus descendat cum alio ascendente ex dextera parte contra manum aduersantis recedendo aut cooperiendo nostram altiorem partem. ¶Primus manusinister adeo bonus est cum vno pede ingrediendo sicut cuz altero: sed vltimus pes rectus ingredi debet: atqz exire. Si vero ambos reuersus: vel sinistros cuz dextero pede agimus hoc est intrando ad faciendum ipsos: primus passus breuis esse debet: vltimus vero longus: semperqz vtile est in vna parte ostentare z ex altera aggredi quod vtiqz sufficienter fit dū in primo ictu ensem aduersarij tāgimus. Deinceps ocius per inferiorez locum ad manus alterius cum alio ictu reuertendum est: quoniam vtplurimum ictus qui ascendunt descendentibus obsunt. Et desuper cum findente veniendo quāquā nos prius tanganur sepius illum: qui inferius remanet adiuuamus: quia lacertis dissolutis ex superiori parte venientibus maxima vis fertur: quamobrem cum pauco ense vel puncta debemꝰ illos accipere: q huiusmodi ictꝰ in brachio suo directo faciūt. ī quo quidē tempore corpus nostrū ad posteriorē partē deuiari atqz implicari oportet. Cuspis autez arme nostre debet supius respicere vbi nulla erit pelta defensibilis seu repabilis ī sinistra manu z sic deficiēte capitis tegmine sepe ictꝰ inferius venientes periculosi sunt atqz euitandi. ¶Alio tñ armā nostrā tangente extemplo ex alia parte reuertendum est: quod nēpe hostis deceptiones dimouet: z expellit: atqz detrimentum affert. ¶Plerunqz bonum est per vnā ptem dissimulare z per aliam inuadere nutādo cum corpore ad alteram ptem: z armam dimittendo in loco: ad quem nos percurere volumus: tamen quod arma in eodem loco quo prius maneat: taliter enim citius attingimus. ¶Quotiescunqz alius temptat seu quidpiam agere vult aliquantulo personam nostram anterius: ac posterius: z per transuersum moturi sumus. ¶Manus autem nostra plerunqz in contrarium manus aduersantis euenire debet. ¶Stocchate aut puncte facte in ingressu per inferiores partes omnino meliores sunt: in regressu vero per superiores. ¶Si vero volumus cum aduersario coniungi primitus cuz sinistro ictu: z sinistro pede ingrediendum est. z pariter quod illico cum manu directo. atqz cuspide pes dexter antecedat: z in eodem instanti vel cito oportet nos ad sinistram partem deducere cum manu reuerso ꝙ ascendat.

¶Felix potest is: qui ignarus est de ludo ensis duarum manuum oportune manum tutari nequidem tibiam: z caput nisi ludum aze: siue tricuspidis sciuerit. ¶Et de aza communiter vtile est iactum cum parte martelli committere z cuspide ferire. Quod si alius egredi voluerit bonum est cum calce: seu puncta

inferiori obstare retro: vel ex transuerso saltando.

¶ Quonam modo arma pro defensione esse debeat. Cap. xv.

¶ Si armam defensibilem in manu sinistra habemus iuxta corpus nostrum collocanda est. Nihilominus dum insultare volumus: aut insultamur prolonganda est manus sinistra quantum poterit ad associandum dexteram.

¶ Quales arme eligẽde sint ad cõflictũ fortium virorꝫ ꝛ quales ad debiliũ. Cap. xvi.

¶ Contra validos homines pauca arma ꝛ leuia atqꝫ spaciosa loca sunt eligenda. At si debiles homines sunt: aliter capienduꝫ: cuius debili salubrius sit precauere ne fortis secum coniungatur absqꝫ maximo eius detrimento pariqꝫ modo is: qui fortis est aduertere debet: ne debilis aditum effugiendi habeat: ꝛ cum omnibus: qui omnino parum sciunt operiendum est quousqꝫ aliqua eorum membra detegantur. Quidam enim sepissime innituntur ad hostem feriendum vel tangendum in loco armato seu disarmato: ꝛ hoc precipue faciunt qui audaces ac rudes sunt: idcoqꝫ positis ante istos membris nostris armatis ictus sui exonerantur: ꝛ tunc facilius est posse inimicis nocere.

¶ Semper in principio reversum siue manusinistrum adducendo super pede sinistro eundum est in trãsuersum tendendo. ¶ Manudextrum vero ꝛ puncta super dextero latere: ꝛ pro vastatione: vel obstaculo decet eodem pede retrocedere: ꝛ ictum per inferiorem partem iacere.

¶ Qualiter reparare debemus cum longam armã contra breuem: aut si breuem tenemus contra longam. Cap. xvij.

¶ Armam longam contra breuem capiendo oportet quotiescunqꝫ committimus duos ictus agere quorum vnum superius: alterum inferius: ꝛ cum quolibet recolligende est manus: atqꝫ caput quod aliquantulo corpus retro pendeat ob causam quod si aduersarius armam nostram cum sua deviaret: ꝛ nobiscum coniungi vellet semper cuspis arme nostre ei obuier: ꝛ quando ipse vellet ad ingrediendum cum vehementia conari pedes nostri aliquantisper retrouertendi sunt. Attamen prosequendo eosdem ictus quos iam diximus agere debemus quod valde adiuuat aduersus quoscunqꝫ impetuose crassantes. Et si nos breuem armam continemus alterius arma: vel ictus est deviandus: vt in longum transeat: ꝛ tunc ad hostem appropinquandum: ꝛ promptitudo in his omnibus esse debet communiter: dum quispiam furibundus accedit: possumus armã reparare ꝛ secũ iungi a latere nos deviãdo: quod tutius ẽ dũ armati sumus.

¶ De ludo pugionis. Cap. xviij.

¶ Ludendo cum pugione quamplures apprehensiones manuum: ac pedum fiunt: ꝛ he versute principaliores sunt: quibus etiam in palestra vtimur: dum ad conflictum appropinquamus alterius manus est assumenda: nostraqꝫ deviande quin apprehendatur. Quod si hostem prosternari volumus bonum est rectum pedem: ꝛ manum nostram in pectore eius imittere: aut in brachio vbi pugionem ducit festinatim ferire: ꝛ cohibere quin effugere queat. Et si ictus adducimus super brachio: ꝛ aduersarius cum suo: brachiũ accipit nostrum aliquantulo lapsare oportet: ꝛ cuspidem pugionis in altum extollere: ꝛ per inferiorem partem ad tangendum hostem redire: aut manum nostraꝫ supra manũ eius firmare: Et quod pugio nostrum alterius veniat manus hostis abscindendo. ¶ Si vero ipse cum puncta reparare vult ad faciem suam reuertendum est: ꝛ per quãcunqꝫ partem ingredi vult armam nostram: aut brachium capturus diuertendus est pes noster antecedens ad posteriorem partem: ꝛ in illo momento alius ictus per alteram partem fiendus. Quocirca difficile erit aliquem posse nostrum pugionẽ eripere pariterqꝫ in ceteris alijs armis agere oportet. Nã firmiter ad altercandum manendo ciro potest quispiam iacturam ac detrimẽtũ recipere: ꝛ hanc regulam obseruando difficile erit quod nobis minimum nocere valeat.

¶ De modo iaculandi siue proijciendi. Cap. xix.

¶ Dum aliquid cum brachio proijcere volumus ad metam: in quam pedem firmare debemus cũ impetu: ac velocitate deueniendum est. Expulso tamen iaculatoq; telo ocius post ipsum cum corpore nostro eundum: ꝛ sursum directe tendendum: ac super dextro latere pergendum: ꝛ quod brachium nostrum quantum poterit in altum porrigatur simul cum vibratione: ꝛ nimia expeditionis celeritate: atq; rigore. ¶ Iste autem modus iaculandi in sublimi ad eijciendum in longum optimus est. Sed dum cõtra hostes proijcitur melius est parumper in dextero latere brachium declinare.

¶ De modo proijciendi vectem. Cap. xx.

¶ Vectis fere subtus brachio eijci debet vt ascendendo vadat: ꝛ ferme equaliter in signo pedes sunt collocandi. Pes autez dexter simul cum vecte preire debet: ꝛ voltam seu girum maximum ac celeriter fieri oportet dum corpus reuoluimus: ꝛ q rigidum fiat penitus anhelitum retinendo.

¶ Qualiter lapidem paruulum proiecturi simus. Cap. xxi.

¶ Ad proijciendum paruulum lapidem siue volatilem: quem in lingua hyspana volanderam dicimus: ꝛ in hoc iacru inter omnia alia nimium supra latus: vel ad brachium dextrum declinare oportet. Necesse est autem prospicere ne super pede vel sinistro latere eamus: hoc enim agit ne telus in transuersum vadat.

¶ Modꝰ ꝓijciẽdi lapidẽ siue saxũ grossius q hyspano idiomate schina appellaꝝ. Cap. xxij.

¶ Schina seu lapis grossus ex superiori parte humeri est eijcendus exaltiendo: ꝛ prolongando brachium quantum omnino possibile erit: quumq; lapis extra manus vadit oportet nos super genua presertim in sinistrum declinare ne post lapidẽ eamus q; in hoc mõ proijciendi pedes firmiter manere debẽt.

¶ Quo pacto equestres lanceã iaculari debeamus. Cap. xxiij.

¶ Jaculando dum equestres sumus in primis staphe: in quibus pedes firmamus equales esse debent: ꝛ non quod vna longa: ꝛ alia brevis: tamen quod corpus nimium super sella ad proijciendum revoluatur: ꝛ crura fortissima: atq; stricta maneant. nanq; aliter est in periculo cadendi: ꝛ eo instanti quo homo lanceam vult expellere assurgendum est super pedes sistendo: ꝛ brachio sursum manente ex eodem loco lancea: siue telũ expellatur ne ad collus equi: vel ad sedendũ supra dunes vadat.

¶ De exercitijs currendi. Cap. xxiiij.

¶ In cursu: aut modo currendi vis nostra in pectore collocanda est: ꝛ semper attẽti esse debemus quod totum corpus in altum subleuetur: ꝛ in anteriorem partem tendat ita quod frons super punctis pedum recta linea eueniat: ꝛ in terra dumtaxat puncte pedum ponende sunt aliquantulo tendentes ad exteriores partes: intelligas summitates digitorum pedis dextri ad dextram partem: ꝛ sinistri ad sinistram. longi ac veloces habendi sunt passus: tibieq; subleuande ipsas per genua plicando ꝛ brachia sursum porrecta fre debent. Manusq; aperte: ꝛ extense siue correpte deportande sunt: Nihilominus quod digiti inter se astricti. Sic enim vires ad altiores partes extollimus. Polerunq; vero in cursu vna astricta corrigia lumbos cinginus: atq; astringimus: vt vires in altioribus partibus maneant quanquã nobis aliquid de anhelitu auferret taliter quod corrigia tantummodo in brevi cursu adiuuare potest: quandoquidem in longum detrimentum protrahit. ¶ Utile autem ad currendum dicimus esse collum extensum attollere. Tunc enim necessario alia membra extolluntur: ꝛ alleuiantur: sed si collum in se recolligimus. ceteraq;

membra attollimus tota persona fortior redditur: & non adeo leuis. ¶Cum vero cum alio currere voluerimus semper primus passus est in toto cursu principalior. Ideoq; fieri debet longus: & quanto citius poterit.

¶Quo pacto vnus pedester cum equestri currere queat. Cap. xxv.

¶Si quis pedester cum equo currere volet per staphan capiendo necesse est: vt corpus suuz supra manum inquantum quiuerit exoneret pedes in altum eleuando ad hoc quod locum habeat faciendi longos passus precedendo tibiam equitantis. Tunc enim equus ducit nos tanquaz de incontro: & sic valde iuuat: & si corpus pedestris restaret retro post tibias equitantis nihil in cursu durare potest eo quod velocitas equi attrahit ipsum festinatum ad precipitium.

¶De modo saltandi: & tripudiandi. Cap. xxvi.

¶Saltatio & tripudiatio in se non nimiam artem continent: sed dūtaxat continuationem: atq; exercitium expetunt. Precipuum tamen est: vt homo seipsum quantum poterit in altum efferat: & vbi cursus interuenire debet oportune: ac furibunde eunduz est: & in saltu totū corpus supius eleuādū: atq; extollēdū.

¶Tripudiare hyspano idiomate volteare vocatur: ab Italis vero voltizare quod idem est: & merito volteare appellatur a volta originem habens. Sed quia in lingua latina girum siue voltam habemus nō incongrue volteare possumus dicere: aut vero voltas agere.

¶De quibusdam voltis: seu giris: qui in sella fiunt. Cap. xxvij.

¶Cum super equo: vel sella salire: aut tripudiare volumus: vires in pectore nostro recolligende sunt: & dum subleuari incipimus: opus est quod velociter per ipsum girum transeamus: & pedes alti sicut caput in gyrum ire debent: quando ipsum agimus: vt corpus equaliter super sinistro brachio voluatur. Nam si corpus ad vnam partem potiusq̄ ad aliam declinaret: non iret penitus ita vt deberet: neq; vbi firmaretur cum gratia remaneret. ¶Quod si nos equaliter super brachio firmamur volta citra conatuz: vel rigorem resultat tanquam rota que in dimidio axem possidet. Unde absq; labore girare videtur: & tunc maximam gratiam habet. Si vero magis ad vnam partem q̄ ad aliam declinaret magna esset difficultas adducendi rotam. Et dum aliquem girum agere volumus magna vi & reuolutione in principio subleuationis inniti debemus: & brachia rigida: aut sine implicatione sunt tenenda donec volta perficiatur.

¶Quantum in quolibet exercitio bonus animus prevaleat. Cap. xxviij.

¶In quocunq; exercitio bonus animus adiuuat: & timor impedit: & ob hanc causam dum tripudiamus huiusmodi regula respicienda est: ac si in terra plana saltaremus: tametsi non semper idem signum: quod volumus: attingamus. Nihilominus via incepta ineunda est: donec vis sustentari poterit: & in quibusq; giris maxime in illis: quibus aliquis nos obseruat ne cadamus personas nostras debemus ad finez iam assumptum dirigere. Consilium enim nouum in via captum in omnibus fere exercitijs inutile reperitur. ¶Cum vero super equo voltare volumus manus dextera supra sellam vehementer percutere debet: & quod tota persona iunctis pedibus recolligatur vbicunq; ipsos ponere volumus: & eodem tempore totum corpus est erigendum. Et si in sella sedemus aperiende sunt tibie: & corpus subleuandum tantuz quod brachia firmemus: atq; rigidemus: vt super ipsis possimus totum girum pertransire.

¶Regula satis vtilis in modo girandi. Cap. xxix.

¶Tandē i hoc exercitio talē regulā semp memorie mādare debemus. s. qō q̄si i eq̄li altitudie trāseant

pedes caput:z similiter bustum adeo altum:vt extensa brachia.quoniã in gyris non decet brachia plicare: nisi quod superius porrecta:ac rigida sint:z semper nobis cõperit hanc fantasiam in quacũq; altitudine aut imo habere:z interdum super dextero brachio:z quãdoq; sinistro firmari debemus secunduz varias reuolutiones:quas facturi sumus:vtpote per viaz qua caualcatam:vel equitatam agimus : tunc in manu sinistra vis ponenda est:que quidem equitata:siue caualcata nil aliud est q̃ in sellam intrare.¶ Et eo modo quo fieri solet media pomata:z tota pomata etiam ad dimidiam mozam: z totam mozam transeundum est:Attamen per voltam staphilis ex quo stapha pendet remontata:ac tota mamia peregrina:z galeatia sunt fiende.Oportet autem in his vltimis nos attentos esse ad ponẽdum omnes vires in manu dextera dum hos giros operamur:z paucam vim in manu sinistra:z hic pugnus dexter iusta sinistram manum ponendus est:z pauca reuolutio siue vndeata cum corpore est agenda. Maz precipue in his euolutionibus totum corpus in altitudinem subleuari oportet.

¶Quanta vtilitas emanet dũ scimus reducere secretũ vnius scientie ad aliam. Cap.xxx.

¶Ut imaginoz nemo magnus:z preclarus magister erit cum vna dũtaxat facultate nequidem cum pluribus nisi prius sciuerit secretum vnius scientie ad alterius vtilitatem reducere:z pro habenda hac scientia minime maximus labor erit dummodo recte considerare voluerimus.Qui enim in altitudine saltum peragit vim suam ad anteriorem partem dirigens facile anterius ire potest.Si quis vero in sella rasa aut paruulos arciones habenre cum ratione equitat:sub pauca continuatione valebit ad equitandum sellam arcionatam:vel dicamus altos arciones possidentem.Qui autem per solam viam continuationis aliqua arte vtuntur semper noui aut indocti cum maxima suozum membrozum defatigatione remanent : z pro ijsdem errozibus euitandis iam nos initio huius libelli instruximus omnes ludos armozum ad ludũ aze: siue tricuspidis: atq; ensis duarũ manuũ esse reducendos;z hec duo arma sub paucis ictibus exposuim⁹.

¶De quibusdã industrijs:qbus vti debemus vt possimus ab aduersarijs cauere. Cap.xxxi.

¶Est equidem difficile cognosci omnes deceptiones:quas ferunt qui nos inuadere volunt : quoniam deceptozes diuersimode aggrediuntur.nõnunquam cum paucis:ac teneris verbis.atq; illaris muneribus in quacunq; parte sese placidos ostendentes:z quicquid nos volumus laudant donec ad foueam nos cõduxerint.¶Alij simplicitatem:z lenia verba ostentant: Sed in modo dicendi varie possunt intelligi: z indies differenter.¶Quidam vero volentes manibus contumeliam inferre colozes diuersimode immutant:variosq; corporis actus cõmittunt z videtur continuo rem nouam velle exordiri. Non enim videntur in seipsis aliquam quietem habere:taliter dum prope pinguem hominem manemus.Quod videtur nos sentire haud secus:q̃ iuxta homineꝫ pinguem manentes sentimus:hi enim proditozes in seipsis enbelitum retinere videntur:z duri atq; intemperati ambulant.¶Bum autem deceptozes defraudare volumus:aut ipsos facillime comprehendere oportet:quod boni simus ne alius censeat nos de versutia eius considerare:z est blandities in membris ostentanda:ac dissimulatio:quod a nobis non videatur.

¶Quanta vtilitas sit complexiones cognoscere:z detrimentuz ipsas ignozare. Cap.xxxij.

¶Habita de complexionibus cognitione maximam vtilitatem resultare dicimus:quoniam secundum ipsas homines a natura varij ac differentes sunt in membris:z operationibus:quo quidem scito opus est etiam membra nostra exercitata esse ob hanc causam:quia dum vident membra aliozum moueri ipsamet labozem:vel detrimentum sentiant:z vadant aliter:q̃ aliena veniunt:aut ad reparandum vbi maius periculum videm⁹.Qui autem nescit complexiones recte cognoscere pariter:z exercitia nequit super ijsdez omnibus respicere:si demum aliquis inesset respectus sciremus verum remedium assumere : nam scientia oculis z membris assiduam vigilantiam inducit.Licet enim corda obliuiscãtur ex consuetudine oculis decernimus quascunq; personas:z inconuenientia:que adducere possunt.

¶ Qui in se possidet id: quod alij occupare cupiunt: necesse est semper inuigilet: vt ipsum conseruet.

¶ Qui se obseruare debet: z causa dissimulationis seipsum deserit suimet homicidam esse dicimus.

¶ Nemo se ad maximum discrimen infert dum certus est non posse partem principalem ipsum diuo uentem assequi.

¶ Qui nescit volentes sibi iniuriari ab omnibus precaueat: naz pauco labore membris securitatem: at qz animo quietem impendit.

¶ Imbecilles animo causa formidinis in crudelitate: atqz impietate excrescunt.

¶ Qui alijs pacem prebet: iniuste aduersitatem patitur:

¶ Nullus est adeo religiosus: si gubernationez aliquam habet: qui omnino sit exemptus inuidia.

¶ In quibusqz conuentionibus verum est dicendum: ipsumqz obseruandum. at vbi decertare solemus: quisqz potest cunctis fraudibus vti: quum talis inter nos sit conuentio.

¶ Quidam sunt: qui habita regula decipiendi in pugnis eandem normam in omnibus negociationibus obseruant quod nequaquam sine maxima contumelia: z blasphemia fieri potest.

¶ Circa res quas facturi sumus conditiones cultus nostri obseruare debemus dum ad effectum deue nimus: z quia in quibusdam de fiendis deceptionibus conuenimus: z in alijs vero non: iuxta hoc primum semper ambulare debemus.

¶ Dum emimus: aut vendimus: mutuo damus: vel accipimus: seu dum aliquem sequi debemus: aut ipse nos. In alijs quoqz huiuscemodi pactionibus absqz aliqua versutia vel deceptione semp sincero modo procedere debemus. In certaminibus autem aliter se habet quum talis inter nos conuentio fuerit.

¶ Nō ē reprehēdēdus qui multa scit: sz qui doctrina male vtit: quapropter scire i ludis: aut plijs necessarias oino industrias adducere apud oēs est cōmēdabile dummodo pactiones non dirumpimus.

¶ Turpe est scribere de industrijs: in quibus pessimi adiscere possunt deterioraqz perpetrare valeant. Attamen nostra intentio scribendi pro bonis: z non malis esse debet.

¶ Dum viuimus: aut scripturas pre manibus habemus: possumus omnino tutari quin ad pessimos perueniāt. Sed post obitum: non nostrum est agere: quin alij ipsas perlegant: tametsi dum scribimus de bono considerantes nullum onus habemus.

¶ Non omnes scripture sunt a malignis hominibus celande. Sed industrie duntaxat: quibus decertare: ac plura mala perpetrare possumus. Artiste enim peioza: cq̄ alij agere possunt.

¶ Honestius esse dicimus quod pessimi pro bonis vtilitatem habeant: cq̄ iusti causa malorum patiantur. Quamobrem bonū non est abscondendū bonis: timendo aliquā partiunculā malignos esse capturos.

¶ In hoc loco assignādo differentiā inter exercitia membrorū: z exercitia intellectus propre quodam comune prouerbium adducere quimus: ita dicens saltem iuxta vulgū. Omnia probate: z que bona sunt tenete: nos vero in hac prima propositione longe aliter sentimus: z credimus cū mēte inuentores huius prouerbij cōueniri. Quoniā nullus homo sane mentis tale preberet consilium: quod omnia absolute capra p bemus: nisi ea que bona sunt tantum: nam inter omnia alios homines occidere accidit: atqz nos ipsos suspendere pedes: z manus amputare: venenum bibere: contra maiores parentes iniuriaz afferre: aliena furtiue subtrahere: z bona nostra in manibus predonum ponere: que opera nullatenus probanda sunt: immo penitus fugienda. ¶ Quamobrem dicendum est omnia bona probate z que optima sunt tenete: mala vero nunquam sunt probanda z sic in casu nostro exercitia membrorum bona sunt: tamen non optima ad exercitia intellectus comparata: sed quia bona saltem in positiuo gradu dum iuuenes sumus exercitijs membrorum vti possumus: vtpote currere: saltare: proijcere: equitare: z similia de quibus in hoc libro aliqua dicentur. verumtū duz de optimis operibus negociamus: atque penitus comendabilibus: in omnibus temporibus per hanc vitam: z per alterā de laboribus intellectus capiendum est: z cum hec durabilia sunt recte dicemus omnia bona probate: z q̄ optima sunt tenete: videlicet dum iuuenes estis etiam exercitia membrorum quandoque agite: sed tanquam perfecta labores: intellectus tanquā fundamētum tenete.

¶ Prologus de complexionibus.

¶ In libro de cognitione hominum de quibusq; cõplexionibus extense pertractauimus: ⁊ ob hanc causam hic solum aliquid succincte de quattuor principalibus complexionibus explicabimus: nãq; habita de istis noticia cito alie complexiones intelligentur: Corpus enim continens duas complexiones fere equales in eo factiones: atq; opera ambarum qualitatum habebit: ⁊ sic corporis qualitatem in tres vel quattuor equales complexiones diuidendo hec pro earum noticia recta est via: quẽadmodum videndo vnuz hoiez quẽ caput aliquãtulo grandiusculum: ⁊ carnosum possider: ⁊ tibias: ac manus subtiliores: q̃ proprio coleri co comperat: tunc asserimus fere equaliter de colera: ⁊ sanguine sortiri. Quod si loco sanguinis phlegma esset corpus vtiq; carnosius: ac magis tenerum fieret. ¶ Et si melancolia in secundo loco esset tunc corpꝰ durius: ac maiozis ossis.

¶ De aptitudinibus: ⁊ factionibus membrozum sanguineozum. Cap. xxiiij.

¶ Sanguinei vero has factiones habent. faciem videlicet que ad magnitudinem: ⁊ mediocritatem tendit aliquanto carnosiusculam maxime respective ad ossa sua: ⁊ etiam in longitudine breuem. Caput neq; magnum: neq; paruum. Collum bono modo grossum. humeros extensos vel longos ad partem brachiorum. Musculum brachiozum: ⁊ crura tibiarum grossa genua: ⁊ cubitus inferius graciles respective ad superiozes partes crurum: ⁊ musculozum. Manus vero curtas: ⁊ tactui teneras: punctas digitozum duriusculas atq; strictas. ¶ Palmulas manus paruiper grossas: ⁊ carnium plenas. sed respective ad mollicies manuũ oẽs alie carnes: siue mẽbra duricie pandunt: ⁊ aspectu siquidem pulchre. Color vero inter album ⁊ rubrum cum maiori illustratione q̃ quispiam alterius complexionis: bonam habent pronunciationem: Vocem tamen scabrosam: aut asperiusculam.

¶ In quo officio sanguinei valeant ad proprietatem sue nature. Cap. xxxv.

¶ Sanguinei accomodati sunt in quacunq; re subtilitatem: ac velocitatem manuum exercente: vtpote ad chirurgicam artem consoriam: ad pulsandum cythara: ⁊ ad seruiendum in mensa: tum etiam ad scribẽdum bruslandum: aliaq; huiuscemodi exercitia cito transeuntia: Ocius vero quãcunq; rem colligunt. Raro tamen ipsius secretum adinueniunt. non enim dilatare intendunt eozum intellectum ad varia: atq; profunda discernenda: Quoniam suapte natura non est magna in eis constantia: ⁊ sic non tantuz rememorãt: vt recte discernere queant ea: que indagant. q; quũ primum reperiunt occupantur. Memoriam vero comperentem habent licet optima videatur: Quãdoquidem cito recolunt de eo cuius sunt recordaturi. At parum ad suscipiendum laborem attendunt. placidiores sunt in principio: q̃ in medio: ⁊ fine. Paucam enim stabilitatem: ⁊ constantiam obseruant: ⁊ dum infirmantur pauco tempore magnam iacturam patiuntur: quozum tamen egritudinibus facile mederi potest: si cito subuenitur. Velociter in breui spacio currunt: Sed quod locus currendi aliquantulo acclinis sit: similiter in modo saltandi: ⁊ tripudiandi valent: quum hic nimia promptitudo requiratur: quãcunq; armam bene proijciunt: tantoq; melius quanto leuius teluz fuerit quoniam in pectore: ⁊ musculis brachiozum iuxta magnitudinem suozum corpoz magnã grossitudinẽ sortiunt. Quapropter facillime labores ejciẽdi tollerar queũt. Manꝰ: ⁊ lacertas subtiles tenẽt: ⁊ sic vibrare: vel exercere possunt. Fortitudo aũt atq; animositas eoz ẽ in pncipio: nihilominꝰ cito trãscũt.

¶ De colericis: ⁊ aptitudine suoz membroz. Cap. xxxvi.

¶ Colerici faciẽ subtilẽ: ac paucã i ea carnẽ possidẽt: collũ i mediocri grossitudine: ſz lõgitudine plꝰ q̃ mediocri: ac neruosuz é. ¶ Humeri iſimi: vł ad ptẽ inferiorẽ tẽdentes. Musculi brachioz respectu grossitudinis lacerti: aut cubitꝰ iferiꝰ subtiles sunt. ¶ Crura quoq; gracilia respectu tibiaz. Manꝰ i lõgitudine mediocres: ⁊ optie diuise magis ad duriciẽ: q̃ ad mollicie ptẽdentes. ¶ Palme: seu vole manuũ ferme i grossitudie cũ alijs ptibꝰ eq̃les. Duricies eaz paulo magis i vna pte: q̃ i alta ſz aliquãto magis i pũctis digitoz. Alia mẽbra placida sunt tactui. Pedes sicuti: ⁊ manꝰ. Hec aũt regula i oibꝰ ꝓplexionibꝰ

obseruatur:z secundum istam regulam ex manu pes diiudicari potest: z ex brachio tibia. Lumbi vero:z cinctura cū extremis brachiorū:z tibiarū partibus ꝓformanť hoc est cuz lacertis:z tibijs. Et quoniā colerici has tres partes fortes habent cum ipsis maiorem vim faciunt q̄ cum alijs totius corporis quia vbi cunqz maior quantitas siue grossicies ossium neruorum:z carnium inheret:ibi maiores vires extant.

¶ Quomodo colerici cognoscantur. Cap.xxxvij.

¶ Colerici pallidum habent colorem presertim in facie licet dum elaborant meliorem: aut viuaciorem ipsum ostendant. ¶ Locutio eorum in exprimendo debilis est: vox autem suauis: z nudi manentes in membrorum factione ceteris prestant:optimam inuentionem habent quanquam initio aliquod impedimentum demonstrent. Constantes sunt in quacunqz operatione:z quocunqz genere gubernandi:aut imperandi gentibus. ¶ Astuti sunt:ac vigiles.paulo plus in vna arte:q̄ in alia adiscunt: z ex hoc pre ceteris apti sunt ad lucrandum causa temperantie anhelitus:z paritatis membrorum intelligas:quod paulo fortius vnum membrum:q̄ aliud. ¶ Miro modo subijciunt:z tolerant arma:currunt saliunt:z proijciunt plus q̄ mediocriter. ¶ Hi vero melius per planicien:q̄ in alia dispositione terre operātur. In quocūqz magisterio quod facere intendunt vbi discretio:ac temperantia conuenunt magnam habent aptitudinez sicut in modo edificandi ac decertandi. Non sunt nimie memorie eo quod ad tot partes dilatantur:vt tot obseruare nequeant: z etiam: ꝙ videtur posse per seipsos dicere quicquid ab alijs possunt adiscere: aut saltem magnam partem:tametsi in modo inquisitionis de facili preterita inueniant. Rarissime infirmantur:z de facili curantur. At dum infirmitas in membris radicata est vix vnquam distrahi aut expelli poterit non quod carnes inobedientes sint:ac dure ad suscipiendam medicinam nisi quia iuncture: z temperantia istius complexionis fortissime:ac iuncte sunt. In quo quidem tempore non sinunt quod medicine iuncturas penetrent. ¶ Bone conuersationis sunt cunctis temporibus melius tamen in medio: z fine: q̄ in principio qui dum irascuntur furiam impetuosam ostendunt. Sed cito ad quietem reuertuntur.

¶ De complexione melancolica: ac de formatione: quā membris impēdit. Cap.xxxviij.

¶ Melācolicos proprie robustos appellamus. Nam qui alterius complexionis sunt quāplures labores ob varias causas perpeti queunt. Melācolici enim a natura vel innata duricie fatigant: z hoc modo cognoscunť. Caput habēt magnū: ac rotundū: facie vero altā per tēpora. In maxillis os maximū:z subleuatum:collum grossum:z curtum siue breue. Humeros latos:z anterius declinantes. Pectus tamen latum:z non rotundum:sed tabulatum. Brachia curta:atqz conuexa:quod ab hyspanis estenados appellatur. Crura:z musculi brachiorum grossitudinem sortiuntur:z ō genibus: z cubitis ad infra inter colericos z sanguineos grossitudinem possident. ¶ Per cincturam:vel lumbos mediocritatez habent ideſt neqz grossam:neqz subtilem manus fortes:grossas:breues:ac valde duras. ¶ Est autem grossitudo:z latitudo ipsarum per palmulas:z vole profunde:solide: ac durissime:puncte digitorum in tenuitate inter sanguineos:z colericos. Pedes per puncras ad interiorem partem voluunt. Tibias vero curuatas sicuti:z brachia possidēt presertiz p ossa malliola: z eriā crura. Carnes vero tactui asperrimas. Signū vero principaliº ad cognoscendum melancolicos est quod in tangendo ipsos apprime rigidos: ac duros inuenimus ferme: ac si iuncturas non haberent: qui in quocunqz loco tetigerint omnes vires suas immittunt. Colerā habent inter nigrum:z viride: vel cum rubore intermixtam: Pronunciationes vero:z voces fortes iunctas: atqz asperas.

¶ De operibus melancolicorum. Cap.xxxix.

¶ Melancolici non sunt adeo fortes:quemadmodum eis apparet: nequidē vt in opinione populi fertur:z quod non sint adeo fortes veluti aiunt palam fit:quia dum ipsos experto tenemus non eā vim: cue antea videbatur adinuenimus: qñ in tangēdo ipsos videtur nos aliquod marmor mouere:quod ab eorū distemperātia causatur:quapropter vbi se plicare incipiunt:non inueniunt locū in quo firmari queāt donec

ad terram veniant. Nam sicut lignum aridum se habent quod maximam duriciem tactui indicat: z duz plicari incipit totum laborem dirumpendi ipsum preterit. Quod si viride lignum extitisset ad plures partes revolui posset: z cum defatigatione rumperetur. Qui vero talis complexionis sunt maximum ponderis subleuant: z res graues duras: ac curtas proiciunt. Saliunt mediocriter z parum currunt: bene tollerant labores absq; magna sensatiõe. Sũt magis ppij alioz iussis: q̃ ad iperandũ alijs. Ad manẽdũ i castris: vel i cãpis: atq; obsidiõibus: tũ pspera: z tũ aduersa fortuna cereros supant. Nõ enim valde aspez ẽ eis i terra iacere: z ad dormiẽdũ cervical lapideũ applicar: nec delicataz rez apparatũ nimiũ existimãt. Nõ sunt apti ad prefecturã quũ nõ nimie pspicacie sint imo a natura hebetes: z paucã arte adiscunt: z q̃z uis adiscerent nescirent eam recte ad aliquam conclusionem applicare: tamen si in quibusq; rebus que paruo ingenio fiunt melancolici boni sint: z bene sine arte luctantur. Est durum pati ab ipsis quãcunq; iactu ram serio: aut ioco decertando. optime retinent memorie quicquid semel didicerint. Nam quemadmodum in eis difficilis est aditus: ita pariter z exitus. Quocirca boni iuriste sunt atq; apti ad fodiendũ: z rumpendum lapides: z ad deportandum onera. furiosi sunt z causa duriciei cito agunt: Sed non taz cito vt sanguinei: nec ita tarde vt colerici. constantia eorum talis est qualis duricies dum non ponimus ipsos in alia aduersa parte satigantes sint. nam licet in eis vires diminuantur duricies remanet. Maxima est eis contrarietas quod tarde sentiant omnia egritudinum primordia.

¶ De phlegmaticis: z suorum membrorum proportione. Cap. xl.

¶ Phlegmatici capita z facies magnas continẽt: atq; carnosas. Colla eorum plus tendunt ad extremitatem longitudinis: z grossitudinis: q̃ ad mediocritatem: humeros sufficienter latos brachia longa. Musculos paulo grossiores lacertis. Manus in longitudine magnas: z per totuz carnosas: ac teneras. Punctas digitorum latas z molles. Manuum vero latitudo: z mollicies fere equaliter per omnes partes extenduntur: z carnes aliorum membrorum similiter ad molliciem tendentes: sed non sunt tactui placide: per cincturam siquidem lati sunt: aut parum succinct. Crura: z tibias longas: atq; indistinctas habent. Pedes maximos: z carnosos colorem aliquanto albiorem sanguineis pronunciationem satis clarã: z minimum pigram. vocem autem sparsam: z grossam.

¶ De operatione phlegmaticorum. Cap. xli.

¶ Phlegmaticos in omnibus rebus quas facturi sunt tardos esse cõstat: maxime in primordijs. Sz longius opus prosequendo cum meliori dispositione reperiuntur. In cursu: z saltatione: cereriscq; operationibus lenti: ac tardi. Declinia loca ad operandum petunt in saltu: z tripudiatione inter omnes alios infimi sunt: longa arma iaculantur. Non sunt ad patiendum nimium calidum z frigidum ita quod nullam extremitatem rubozis continent ad iubendum alijs accomodantur: dum vero eis iubemus tarde agunt. Que memorie mandant optime retinent: pluries tamen legunt anteq; discant. ¶ Appropriati sunt ad relonarios questus: ad sutoriam artem: aliaq; huiuscemodi eorum vero egritudines absq; impetu adueniunt: quas per aliquot dies absq; sensatione maxima tollerant. Huius enim complexionis tarditas nõ prebet locum: vt cito egritudines per omnia membra ruant vbi magnum tormentum causari queat propter organorum occupationem. nec cito curari possunt: quia quum in infirmando tardi sint: sic etiam in sanando se habent. Causa enim que egritudini obstat: sanitatis quoq; remedium impedit: z licet non ocius adminiculum eis inferatur: nequaquam extemplo magnum periculum immineret. Conuersatio eorum satis bona. Sz tarditatis cã sepenumero tediũ parit. Vires aũt: atq; animus paulatim: z sero eis adueniunt.

¶ Quo pacto quisq; conformetur elemento: de quo maiorem partẽ assumit. Cap. xlij.

¶ Quemadmodum ignis cum promptitudine in altum ascendit: z cito cursum suum perficit homines pariter: atq; alia sanguinea animalia easdem ppietates possident. Factiones enim membrorum altas: ac munitas in superioribus partibus tenent: z citi in operibus sunt: tum quoq; in pauca distãta deficiunt.

¶ De colericis. Cap.xliij.

¶ Sicut aer vbiqz temperatus:ac bene diuisus est:licet in plano sit aliquantulo fortior: ita z colerici tẽ perati:ac bene diuisi. ¶ Magni anhelitus sunt:z membra bene vndiqz partita possident: q̃uis aliquantulo in inferioribus partibus maiori fortitudine vigeant:z per planum operentur.

¶ De melancolicis. Cap.xliiij.

¶ Terram dicimus duram esse:z intemperatam grauem:atqz grossam pro cuius similitudine melancolici duri distemperati:z crassi ingenij sunt.

¶ Dispositio phlegmaticorum aqueo elemento appropriata. Cap.xlv.

¶ Aqua lenta est z mollis atqz in longum paulatim tendit:z in parte inferiori:ac declini decurrit. Et non aliter de phlegmaticis asserimus. Quoniã tardi z molles sunt in suis operibus:z declivia magis appetunt:semperqz aliquatenus defessi videntur.

¶ Qualiter cum quolibet nos habituri simus penes complexionum varietatẽ. Cap.xlvi.

¶ Hic aliquid dicendum est quo pacto cum vnoquoqz nos obseruare debeamus ad proprietatem sue complexionis:quod vtiqz in quibusqz rebus intelligitur:vt aduersus eos victoriam nanciscamur. Semper enim eaz partez assumere debemus que nobis sit prospera:z alteri aduersa:z ita faciliter hostem superare poterimus.

¶ Quo pacto cuz sanguineo decet in quocunqz exercitio operari. Cap.xlvij.

¶ Sanguineus in principio operandi maximam flagrantiaz:z velocitatem affert. Quamobrem decet aliquantulo operiri donec vires eius declinent. Sanguineus enim causa promptitudinis: z celeritatis confestim ad quãcunqz discoopertam partem ingreditur: cito tamen impetus preterit. Dum vero deficit procurandum est vt secum iungamur:quoniaz debilis est tibijs:ac lumbis:quia dum in deuiata apprehensione manet: videlicet per manus brachia:aut colluz satis offendere potest:quandoquidem suas maiores vires in pectore: z musculis brachiorum continet:per lumbos vero paucas. Ita quod secuz ad brachium bipartituz deueniendum est. Conuenit etiam quod hec norma in armis obseruetur in cursu vsqz ad centuz passus velociter transit:z loca accliuia petit: z suuz contrariuz est prebendo ei longuz cursuz: z quod descendat in iaculatione per duos:aut tres ictus ad vltimũ posse suuz attingit. Quapropter ad plures proijciendum ponenda est sibi condictio. Et si ad vires manuz deuenire oportet initio spatiosa loca: z tandez stricta sunt indaganda.

Quonaz modo cuz colericis sit operanduz. Cap.xlviij.

¶ Si cũ colericis aliquas vires operamur procul seu deuiati ire debemus causa qõ maiores vires in tibijs:lumbis:z lacertis:q̃z in reliquis membris habent ideoqz secuz vniri damnosuz esset. Tempus autem pugnandi cuz colericis postquaz ad conflictũ deuenimus nec abbreuiare nec prolungare possumus. Naz fere semper vno:z eodez modo manent licet in principio videantur quoddam ante oculos obstaculum habere. Unde in quocunqz instanti ipsos inuadere oportet pariterqz ab eis nos cauere:z spaciosa loca cum eis eligenda sunt per planiciem melius:q̃z per alia loca currunt ita quod in opposituz debemus eis breuez cursuz:atqz decliuez impendere. ¶ In proijciendo secunduz proprietatez expostulant tela in duricie longitudine:z grauitate potius ad extremitatem:q̃z ad mediocritatem tendentia per planiciem iaculari volunt:z in quinqz:vel sex ictibus fere ad omnez eoruz potentiaz attingunt. Iccirco in magno numero ictuũ aut in parulo est cuz eis proijciendum.

¶Quo pacto cum melancolicis sit operandum. Cap.xlix.

¶Melancolici quãuis in modo operandi veloces non sint:tamen quomodolibet maxima in eis duricies inuenitur.Quocirca temperate est eis insistendum.que quidem contrarietas maior: ac potissima aduersus eos habetur.Non est propter duriciem cum eis coniungendum.ꝛ etiam ex eo quod pleriqꝫ eorꝫ magnam vim continent:Tametsi paucam industriam:ꝛ agilitatem habeant.Tandem stricto modo manendo pauca eis ars sufficit:Tuꝫ vero in his strictis apprehensionibus non potest libera agilitas inhiberi. Sed procul vel in apprehensionibus brachiorum manendo maior scientia: atqꝫ agilitas operari potest: ita quod cum melancolicis perutile est a longe:ac temperate decertare in modo currendi breui cursu indigent:ꝛ precipue per accliuia loca: quamobrem ad eorum contrarietatem cursus longus: ꝛ per decliuem locũ ponendus est.In iaculando breuia ponderosa:ac dura tela:ꝛ accliuia loca querunt contra quos oportet plures ictus imponere ꝛ cum astis:vel fustibus longis teneris atqꝫ leuibus.

¶Quonam modo cum phlegmaticis nos habere debeamus. Cap.l.

¶Phlegmatici in principio operandi paucas vires possident:ꝛ tanqꝫ relaxati sunt:ꝛ itidem nos cum eis aptitudinem nostrã ostendere debemus.Sed in operibus velocissime est concludendum: scilicet quod vires nostre extemplo ponãtur: causa quod minori negocio ipsos capiamus.Sic enim videtur quod nihil sentiant ita quod tanquam inexperti labantur.Et si pluries ipsos tangimus in qualibet temptatione causamus quod aliquãtulo in uiribus crescant taliter quod gradatim adeo in viribus crescunt quod difficile est ipsos amplius conuinci quemadmodum in primordijs vdebatur:Quonã in quocunqꝫ prolixiori exercitio aliquanto melius se habent:ꝛ cum eis ad strictum coniungi perutile est:Quia pleriqꝫ omnes magni sunt:ꝛ quia lenti possumus omnino per inferiores partes ingredi.Nam dum ad propinquas apprehensiones deueniunt non possunt se tantũ tutari: vt omnes vires suas irroborent. ¶In armis huiusmodi discursum facunt in decliui:seu in descensu.longo cursu indigent:ꝛ propter contrarietatem breuis:ꝛ accliuis via querenda est. ¶Ad brachiandum:siue proijciendum accomodatior est eis hasta longa:atqꝫ tenera: ꝛ per decliuia loca:ac per decem aut duodecim ictus vltima: que possunt proijciunt. Pro cuius rei contrarietate tela breuia:ꝛ rigida sunt accipienda:ꝛ quod in duobus: aut tribus ictibus proijciatur.

¶Quomodo secundum varietatem corpoꝝ diuersimode operemur:ꝛ qualia arma: ꝛ loca ad conformitatem diuersorum hominum eligenda sint. Cap.li.

¶Si homines carnosi sunt in principio prõpti fiunt:tametsi confestim declinent: Et econuerso sentiendum est de his qui magnis ossibus:ac neruis sortiti sunt. Nam ossa:ꝛ nerui in principio paruam ostensionem agunt.Hemum vero sortes reperiuntur.In quocunqꝫ actu:aut modo decertandi viribus perutile esse dicimus cum fortibus loca dura:lata:ꝛ spaciosa eligi cum paucis armis:ꝛ vestibus ne firmiter apprehendere queant.Cuꝫ debilibus autem locus arctus:angustus:atqꝫ tener ponderose.ꝛ succincte:siue stricte: vt apprehendendo eos manibus valeamus ad conducendum ipsos:ꝛ cum illis:qui parum sciunt ita ut cũ fortibus operari debemus:cum dextris autem:siue artem habentibus eodem modo quo cum debilibus.

¶Qualiter vnusquisqꝫ qualitatem sui elementi de quo maiorem partem sue compositionis accipit decertaturus accedens prosequatur. Cap.lij.

¶Modus dispositio:ꝛ tempus in quo quisqꝫ validior cum meliori animo:atqꝫ agilitate reperitur facillime cognosci potest:omnes enim qualitates suorum elementorum sectantur:ꝛ quoad istam normam ordinanda sunt armorum certamina primitus sanguineos ponendo eo quod nequeunt ex improuiso inuadere: causa quod nil de viribus suis nequidem de dispositione deest:in quo siquidem acquiescere debent quousqꝫ ad principale opus deueniant:ꝛ sic rarditas deuenendi ad conflictum aliquam partem suarum virium aufert:verum ꝛ enim in quocunqꝫ homine deficientibus viribus animus pariter declinat.

¶ Qualiter hic aut in mõ decertãdi melãcolicos in secundo gradu ponamus. Cap.liij.

¶ In hoc bellico conflictu melancolici debent secundo loco poni: aut prope sanguineos: q̃uis parum veloces sint: at vero membrorum duricies magnum fortitudinis robur initio infert: ꝛ ideo habent opportunitatem resistendi sanguineoꝝ promptitudini: tum etiaꝫ offendendi in aliorum tarditatibus.

¶ Qualiter in tertio loco ponendi sunt colerici ad iucundum certamen. Cap.liiij.

¶ Colerici ad capessendam pugnã tertiũ locũ expetunt: nanqꝫ in principio aliquantulo ꝑ editi inuenium tur: quanquam optime dispositionis sint. Sed cum illa occupatione: que eis tanquam velamen innata est initio melius est paulispꝫ morari. Quippe quod in videndo aliorum certemina vires sue roborantur cuꝫ qua etiam mora: ꝛ quod ratio ipsos concomittatur potiusq̃ si alterius complexionis essent bona est sibi in principio aliqua mora: ubi volũt corpora sua aliquãto agitari anteq̃ ad pugnam deveniant.

¶ Qua ratione in pugna phlegmatici sunt vltimo loco ponendi. Cap.lv.

¶ In quouis certamine Phlegmatici vltimo loco esse debent: quandoquidem nimiam moram agunt priusq̃ in eis vis dispositio: atqꝫ animus roboretur: que omnia simul insurgunt: ita quod quũ corpus inualidum reperitur non poterit proprium contentum operandi ordinatum assumer̃. Quapropter licet vires phlegmaticorum adeo magne essent: quemadmodum sanguineorum. quum in principio tanquam soporati sint oporet membra sua frequenter exercere: anteq̃ ad principale certamen deveniant: ꝛ dum exercitati difficile est quod vincantur: quoniam superantiam: quam sanguinei in primo impetu contra phlegmaticos tenent postremo phlegmatici contra sanguineos habent.

¶ Qua ratione scitis aliquibus artibus nonnulli eas quottidie exercere debent. Alij autem raro ob variarum complexionum conformitatem. Cap.lvi.

¶ Omnibus quidem vtile est aliquam artem adiscere: Nihilominus est aliquibus saluberrimuꝫ membra continuo exercere: alijs vero non. ¶ Sanguinei postquam aliquam artem sciunt pauca consuetudine indigent: vt de omnibus: que didicerint recordentur: ꝛ cum agilitate ipsa agant: ꝛ si ea que sciunt continuarent valde eis obesset eo quod per nimiam vehementiam: vel promptitudinem sepe res dirumpunt dum frequenter hoc modo laborant. ¶ Colerici satis expetunt exercitium in suis artibus: nam facillime possunt labores tolerare precipue vbi exercitium ab eis primum impedimentum aufert qõ colerici a natura habent. ¶ Melancolici parum necessitantur ad disponendum assidue eorum membra quandoquidem sufficientem promptitudinem duricies prestat. ¶ Phlegmatici frequenti exercitatione indigent: quoniam assiduus labor aliquantulo promptiores ipsos reddit: tum etiam ex eo quod vbi maior necessitas exquiritur vires immittunt: ꝛ ex nimia continuatione non possunt sua membra deuastare: quia nunquam totis viribus in aliquo puncto: aut loco innituntur.

¶ Quatenus vnumquodqꝫ animal aliquam habeat monstrationem a natura tributam de sua leuitate: ac fortitudine: atqꝫ illo quo est aptum. Cap.lvij.

¶ Si inspicere: ꝛ speculari volumus factionem a natura in quocunqꝫ animali positam ad proprietateꝫ illius ad qõ quelibet species inclinatur: aut dirigitur hac via facile cognoscemus inter particularia vnius speciei quis membra habeat ad leuitatem appropriata: vtpote ad currendum saltandum: quis ad firmiter manendum: quis ad luctandum: ꝛ quis ad iaculandum: ꝛ sic per varia exercitia discurrendo: nam licet luctatio communiter cum leuitate tendat ad multum iaciendum ea: que leuia sunt brachia extensa esse debent: ꝛ quod admodum directa quod stare nequit si homo in primo gradu non accipit magnam partem colere: In secũdo sanguinis: ꝛ in tertio phlegmatis. Sed pauca esse debet: ꝛ in huiuscemodi corporibus

¶In ludo lancionis:piche:aut ginette nō est cōsuetudo ponēdi puncas i terra nisi semp in aerē extollere:z ēt per lanceā lōgam hoc modo melius est si quis diu tollerare potest:presertim si singilatim decertandum erit.Si autem cum alio quisquam cōiungi voluerit decet:vt illico lancea sua in leuam manum transeat:z manus per ipsam versus cuspidem festinet:z simul aut in eodem puncto cum dextera pugionem capiat.Sed lancea nostra non est dimittenda quouisqz simul erimus:aut bonam apprehensionem facimus. Quod si alius lanceam suam dimittit regrediendum ē:vt nostrā ambabus manibus capiamus.¶Quā do autem contra nos eijciunt aliquem iactum in vno latere sufficiens deuastatio ē oculs lanceam nostram super caput transgredi ad eandem partem qua telum alterius venit:z quod corpus restet vbi hasta pri⁹ erat manus nostras permutando:atqz ictum contra aduersantem eodem tempore faciendo:quoniam hastam suam deuiamus:z ipse absqz tegmine remanet.Et si alius itidem agere volet versus nos minari ō benus siue effingere cum vno ictu breui in discoopertum latus:z ictum retinere:atqz eodem tempore permittere:vt alius longus ictus festinatim:ac fortiter cum puncta tendat ad aliud latus super quo ipse transit:aut vero quod gradum faciamus in transuersum dirigendo ictum ad partem ex qua deuiatur. Nam tunc nullum contra nos detrimentum adducere potest.Bemum melioꝛ ictus qui de lancea lōga: aut alijs mediocribus fieri posset est prolongare passum cum pede antecedenti:z quod lancea viam suam faciat rursus ingrediendo eodem tempore per vnum passum de longitudine cuz pede qui retromanebat:Et qō

lancea vnum solum tempus agat prolongando se quantum potest ad tangendum hostem. ¶ De lãcea ginerta quandoq; luditur sicuti de lancea longa: & interdum de aza: quandoq; minando de baculata: & cũ puncta ad varia loca exeutiendo: tum superius: tum inferius.

¶ De ludo baculi: qui vulgariter de bastone nominatur. Cap. xviij.

¶ Ludus baculi vtilis experitur faciendo volueré. & trãsmutare brachia: licet non tutum sit simili ludo vti nisi ioco aze: quoniam debiles ictus iacerentur: & non possemus offensam: nec defensam agere.

¶ De ludo ensis duarum manuum. Cap. xviiij.

¶ Arme: que breues sunt correspondent ad ludum ensis duarum manuum. Principales vero ictus duo ascendentes sunt ex quacunq; parte nostrorũ laterum: & vltimus cum stocchata: vel puncta finire debet: & quod extemplo ad nos cooperiendum redeamus: aut ad aliquam partem cum aliquo duplici ictu tangẽ dam. Brachia vero nostra anterius erecta: aut porrecta manere debent: & nos eijsdem passibus: quibus preiuerimus retrogredi: nec in transuersum dimittendus est ensis: tunc enim latus discoopertuz remaneret: & ideo effugiẽdum est latus: & recte aspicientibus periculum tarditatis cooperiendi demonstratur. Et hic ensis duarum manuz docet effugere: conseruare: atq; euoluere manus: & multocies ad manus alterius cũ ictibus nostris inuadere: Dum enim maximam voltam agere voluerit: aut q directa brachia non habet facile est ipsum tangi. Et dum ingreditur cum duobus ascendentibus ex quocunq; latere voluerit ingre/diendum est cum pede: qui retro manebat: & vltimus ascendens in stocchatam dirigendus quemadmo/dum diximus. Sed cito brachia recolligi debent sup alio latere: totaq; persona est retro vertenda: & etiam hoc modo bonum est iacere stocchatam cuz ense vnius manus presertim si aliquas armas defensibiles ha benius & decet adhuc duos ascendentes ex parte dextera cõmittere. Et hic primus passus cum pede sini stro: & secundus cum dextero simul cum puncta fiendus est. Sed illico ambo pedes retrogredi debent: & hoc fere potest ambobus lateribus.

¶ De ludo ensis vnius manus. Cap. xx.

¶ Ensis vnius manus debet modum ensis duarum manuum seruare: licet facilius ad vnum membrum signetur: & ad aliud reuertatur: & duo reuersus: siue manu sinistri fortes sunt cum primo parumper emittẽ do anterius dextrum pedem. Secundus vero cum eodem pede fieri debet: In vltimo autem ictu prolon gandus est passus quãto possibile erit velociter diuertendo pedem retro: vel in trãsuersum: & ensem iterum ad manum hostis dirigendo agere guidam: seu signum in faciem hostis: & quod ensis veniat ad ferendũ per tibiam cum vno dũtaxat tempore: aut vero prius per inferiorem partem minari: ac premittere: vt int⁹ in longum ad caput ipsius tendat: Similiter hoc de manu sinistra: sicut de dextera fieri potest: non tamen agenda sunt duo tempora in ictibus duplicibus: nisi vnum dũtaxat: & sic vbi inferius scinditur ad conseruã dum caput cum guida: aut modo de gyro rotundo ociùs est redeundum.

¶ De quibusdam ictibus vtilibus. Cap. xxi.

¶ Oportet semper distensum brachium sustinere: & quod neq; ingrediendo neq; egrediendo duplicetur. Dumq; ictum premittimus corpus est porrigendum quantum possibile erit simul cum brachio: & quod omnes iuncture denodari videantur genua inclinando: vt potius attingamus: & in gyro ducendus est en sis: vt citius vadat: & quod in terram non tangat: nam portando ipsum ensem circũcirca magnum pond⁹ auferre: & tollerare possum⁹. Quod si telum ex alto venit in ascendente: aut per transuersum puncta debet semper manum alterius prospicere: & quod cuspis ensis altius veniat: cq̃ pugnus noster: & sic aliuz percutie mus priusq̃ attingat: & aliter econuerso sequeretur. Due stocchate: aut puncte vna alta: & alia infima velu ti cum lancea longa agimus fortes sunt: hoc autem cum omnibus armis fieri potest: & quod prima pun-

cta dissimulata sit: vltima tamen longa. Sed ambe vno solo tempore faciende sunt: aut minandum est cū manu directo vel sinistro ad punctum erga faciem reuertendo: ꝛ hoc cum ense duarum manuum vtile est: ꝛ quod iaciendo vnum reuersum: vel manu sinistrum: aut manu dextrum per inferiores partes cuspis vadat in circulum ad feriendum faciem tollendo: ac pozigendo brachia quantum poterit. Et similiter si duos montantes: vel ascendentes aginus optimum est cum hoc ense vltimū in stoccatam conuertere. Ad huc interdum decet quod manus per manubzium vsqz ad pomum ensis decurrat eo quod ensis in stoc-chatam prolongetur cum ense duarum manuum intelligas eo quod longam habet manubzium. Quod fieri potest cum quibusqz armis: que duabus manibus apprehendimus. Nihilominus cito diuertenda est manus ad locum in quo prius erat.

¶ De ictibus ex inferiori parte venientibus. Cap. xxiij.

¶ Ictus ex inferiori parte venientes boni sunt: Attamen maiozem vim afferunt illi: qui descēdent. Ideo qz deuiandum est corpus nostrum: ꝛ quod non scindamus: nisi cum pauco ense dum ictibus ex superiori parte venientibus resistere volumus: ꝛ recolligendi sumus supza latus: vt locum habere possimus ad tu-tandum membza. Sed dum defensibilem armam tenemus ingredi possumus: ꝛ nosipsos tegere. Nihilo minus veniente aliquo ad capiendum brachium nostrum: vel armam decet brachiū per transuerſuz diffu gere: ꝛ quod ad hostem sauciandum redeat.

¶ Quo ictu vti possumus volentes nos coniungere. Cap. xxiij.

¶ Si quis vult cum alio coniungi respiciendum est quando agit ictum deliberatum: sicut si manu dex-trum adducit tunc preire potest cum passu in transuersum: quod vulgariter contrapassare dicitur: ꝛ quod ensis noster vadat cum guida: siue ascendente ad reparandum ensem alterius. ¶ In quocunqz tempore reuersum: vel stocchata per inferiorez partem fieri potest. Et si alter cum manu sinistro: seu reuerso venit li-cet passum anterius transmittere. Attamen quandoqz super transuerso cum pede sinistro: ꝛ quod ensis noster ascendendo vadat per eandem sinistram partem: vt armam alterius retinere queat: ꝛ tangendo cū manu sinistra in brachio dextero illius: ꝙ premittamus ire ictum per tibias stocchata vel punctra est re-paranda sicuti taglium: vel reuersum.

¶ De prima ensis custodia: Cap. xxiiij.

¶ Sepe nonnulli decertando cum ense in prima custodia ponuntur hoc est habentes brachium altum super latus dextrum. ꝛ hic insidiantur quousqz vident alium agere ictum suum: ꝛ in transeundo veniunt retro post ipsum cum quodam findente vel descendente.

¶ Remedium contra primam custodiam. Cap. xxv.

¶ Cōtra illos qui in simili custodia ponuntur hoc est in prima fieri debet signum: qō velimus reuerſuz de superiori ad inferius attrahere: ꝛ non permitere quod totaliter finiat: nisi quod ad medium tempus in modum guide: siue ascendentis diuertamus ipsum superius ad obuiandum ensi aduersantis. ꝛ eodem in stanti ingredi cum ambobus pedibus ad coniungendum cum alio: aut qō ꝙ inferiozem partez scindam⁹ seu quod ipse veniat ad inittendam manum per cuspidem ensis nostri.

¶ De secunda custodia: ac de obstaculo: vel remedio contra ipsam. Cap. xxvi.

¶ Alij homines consueſcunt ponere se in secunda hoc est cum ense super sinistro humero precipue dum peltam in sinistra manu tenent: ꝛ hoste ictum iaciente recolligunt dextrum pedem retro: atqz eodem tem pore quantum queunt cum longo reuersu ad anteriozem partem ingrediuntur: ꝛ alias cum sinistro pede

per transuersum fere ad feriendum latus aduersantis. ¶ Contra hos vero adducendus est breuis ictus ex manu dextera: & quod velociter ensis cum volta transeat: & cum reuersu reuertatur ad reparandum ensem alterius: & eo tunc secum coniungi debemus. ¶ Si autem hostis causa deueniendi ad nos eosdem ictus agere volet semper corpus retrouertendum est: & ensis cum ascendente tanquam stoccbata: vel puncta ad feriendū ire debet cito manū: ac pedē remouēdo ad aliā partē contrariam: qua ipse venit: Et hoc modo q̄uis propinqui maneremus non possunt arma nostra capere.

¶ De ludo ensis: ac pelte. Cap. xxvij.

¶ Ad ludendum cum ense: & pelta per prius bonum est nosipsos edocere ad cooperiendum absq; ense cum sola pelta: sicut agimus cum ense: quando peltam non habemus: quia aliter longum tempus preteriret anteq̄ recte nos cooperire sciremus. Et m̄ debet vnum brachiū extendi sicut & aliud taliterq; ingredi possumus superius: aut inferius quantum volumus: & sine pelta non est tutus accessus: propterea quod non est nobis locus cooperiendi caput: atq; alia membra.

¶ De ludo ensis cum cappa. Cap. xxviij.

¶ Cum ense: & cappa plures deceptiones fieri possunt: sed semp ensis: a cappa sunt māsuri: ac si de ense solo luderemus: & etiam ictus eodem modo fieri debent. Et sic eundum est ad reparandum siue resistendum cum ense: & cappa simul: & tunc dimittenda est ibi cappa in resistentia arme alterius: & quod ensis noster ad scindendum inferius vadat: aut vero ad alteram partem. Si oportunitatem videmus proijciendā est cappa nostra ex inferiori ad superius: vt vultum: & ensem aduersarij impediat: quandoq; vtile est quod nos super manu directa eamus cum ense sciſuri. Et si ipse contra nos suam cappam eijceret cum velocitate ad partem posteriorem velociter regredi debemus tangendo manibus siue armis cappā eius: vt ensē: aut oculos nostros non superuestiat. ¶ Quod si cum solo ense remanemus si recte de ipso ludere scimus nō inueniemus magnā disparitatem: aut necessitatem: q̄uis alius ensem: & cappā habeat.

¶ De ludo ensis cum parma: que est arma ex corio desensibilis: & apud hyspanos: atque aphricanos in consuetudine. Cap. xxviij.

¶ Ludendo cum ense: & parma est dimittendum vnum latus discoopertum eo quod hostis ad feriendum in ipsum veniat: quumq; accedit ingredi oportet cum pede nostro qui longius manet tegendo caput nostrum: & per inferiores partes ictum dirigendo. Si vero alter hoc idem agit retro nos migrare oportet mittendo stoccbatam: siue punctam in stomachum eius per partem in qua discoopertus est: aut si cum manu directo venit: quod in vulgari taglium dicitur: nos similiter cum alio manudextro per partes inferiores ire debemus: & eius ensem cum parma nostra occupare: & quod eodez tempore nos euoluamus super nostro dextero latere. Si vero de reuerso: vel manudextro euenit oportet ipsum cum alio simili accipere secundum eādem regulā: q̄ de manu dextro dicta ē. ¶ Sed si aduersarius cum parma firmiter manere vult plures ictus contra ipsum sunt iaciendi qui veniant in voltam seu circulum manudirectus: qui transeat per tibias: vel partes inferiores: & quod euoluatur absq; interuallo cum reuerso ad caput. Si enī alius cooperiretur: & versus nos in transuersum pergit passum agere debemus: & parumper retro emittere stoccbatam aut aliquem aliuz ictum ad partem quam ipse magis discoopertam dimittit: Et sic vno solo ense potest contra eum decertari qui ensem: & peltam parmam aut rotellam habeat q̄uis sit sufficiēs licet quandoq; retrocedendum sit eo quod non habet armam ad se cooperiendum: & tunc decet longos ictus atq; in varijs locis agere semperq; foras ambulare. ¶ Alias dum magnam peltam habemus periculosi ictus fiunt si ludum parme ex corio. & ensis sequimur veluti ponendo peltam altam: & duos reuersus cum dextero pede proijciendo: & quod sinister dextrum insequatur ac super dexteram partem nostram ingrediendum est. Tandem cum pede dextero diuertendus est vnus passus retro: & quod manus nostra alta remaneat cooperiendo nos de superiori ad inferius cum ense. Nam comuniter alius in tali puncto

nos prosequitur. Iccirco eodē instanti capite nostro cum pelta cooperto debemus cū dextro pede magnū passum diuertere: z stoccbatam in faciem vel stomachū aduersantis iacere aut vero eijcere vnuz solum reuersum ac retro cuz pede: z ense redire: z cito reuerti cum puncta eo modo quo iam diximus quod fere nū quam errare potest. ¶ Et etiam fortis ictus est si ponitur homo infimus super genua applicatus: z quod cuspis ensis fere in terra per sinistram partem nostram: z pelta ad instar cincture: aut per illud directum veniat. Et accedente hoste ad exhonerandum supra caput nostrū: aut ad aliam partem cito tegende sunt partes nostre alte ingrediendo cum longo gradu: z stoccbata eodē tempore: quo hostis euenit. ¶ Alius ictus fortis fieri solet sicut quando ipse vult manudextrum: vel reuersum iacere: z nos alium similem facturi sumus ad obuiandum suo ensi eo quod ipsomet tempore ensis noster anterius decurrat: vt inimicum in facie aut pectore feriat: z quod ensem suum deuienus ne nos pertingat. ¶ Deuastatio istorum omnium est ambulare per vnum passum magnum super latera: q veniat parumper retro tum etiam quod eijcianus stoccbatam ascendentem: vt retinendum ensem alterius tendamus: Deinceps illico tibi: z ictus semper duplices: aut duplices esse debent in vno solo tempore absq; interuallo:

¶ De ludo ensis cum rotella: que tanquam pelta se habet: nisi quod magna est: z tota de ligno: z manigia. Sed locus ex quo accipere debemus diuersus a pelta quia duas maniculas continet sicuti parma: z brachium ingredit p vnam: vt manus alia apprehendat: Rotella vero a proprietate sue rotunditatis nominatur. Cap. xxx.

¶ Capiendo ensem: z rotellam eosdem ictus obseruare oportet veluti si de parma cozia luderemus quemadmodum superius dictum fuit: z ad hoc tanquam parma mäiculas habere debet hoc ē vnuz pro pe aliam: ex quibus rotellam apprehendimus: quoniam in modo: quo vtuntur brachium valde intus in maniculis ponitur: z tunc maximum est nobis impedimentum: quum cito moueri: z totam personam cooperire nequeat: z etiam rotella tam prope nos manet quod licet paulo anterius transeat ensis aduersarij ad caput: vel ad aliud membzum nostrum attingit.

¶ De ludo scuti: vel clypei. Cap. xxxi.

¶ Scutum siue clipeum in humero nostro firmare debemus: z quod manipule non sint nimium inter se separate cā qō hō queat ipsuz quocūqz voluerit mouere ictus tāquā de rotella: vel parma faciēdi sunt sepe cōtrapassando idest ad latera gradiēdo: atqz ensez erigēdo vbi aduersari⁹ minus cooperт⁹ extiterit.

¶ De pugione vel mucrone: z quibusdam suis ictibus. Cap. xxxij.

¶ Utilius eē dicimus dum ad ludum: vel certamen pugionis accedimus: vt ipsum per partem inferiorem versus hostem ponamus ne a manibus eripiatur: z sic tenoz: ac modus ensis solius obseruandus est: tametsi cum maioz membzorum velocitate: ac leuitate: quoniam dum decertantes prope manent: z breuia habent arma non potest tam de facili reparari: Et duz aliquis ictus fit ambulare decet super dextera parte nostra. ¶ Si vero hostis ictum contra nos committit parumper est retrocedendum stoccbatam ad eius sinistrum latus iaciendo.

¶ De eodem ludo pugionis. Cap. xxxiij:

¶ Aduersus illos: qui cū ictu deliberato veniunt plura obstacula cū mucrone nostro fieri possunt: Quin imo nonnunquam cū manibus accipiendo brachium: quo alius pugionem affert preparādo siue defendēdo per inferiozes partes: z alias q manus nostra post brachium alterius veniat: vt ipsum cadere faciamus. Quod si per inferiozem partem hostis inuadere volet in modo de puncta est tangendum ad pugionem suum: vt de solo ense fieri solet: z eodem tempore est proijciendum in faciem. ¶ Beniqz si quis de palestra cognitionem habuerit non potest sibi ab aliquo istorum ictuum detrimentum inferri nequidem

ipse mucro capi quoniam si semper manus sua aliter q̄ nostra volueretur corpus suum deviaret quod facile est illi qui luctari sciverit.

¶ De mō ludendi cū partesana:7 rotella:partesanā vero dicimus armā inhastatā aliquāto longiorē aza:q̄ latus habet ferrū tanq̄ ensis antiquus tñ latius:ac brevius. Cap.xxxiij.

¶ In ludo partisane:7 rotelle super nosipsos ambulandum est quousq; videri possit quid aduersarius velit. Et hoc tempore ludus aze faciendus est ingrediendo.7 reparando temperate:ac sepe ad faciez brevi ictu minando. Deinceps premittendum est ire ictus in longum ad inferiores partes decurrente manu per hastaz aut quod dicamus voluendo partesanam subtus manum ad tibias alterius iaciendo. Et nos semper reparare debemus quoscunq; ictus alij agere queunt diuertendo caput 7 tibias:vt de aza agimus 7 in reparando contrapassandum est:aut super latere eundum vnum ictum superius:7 alium inferius iaciendo. ¶ Qui vero cum rotella:7 ense scit se cooperire pari modo facillime cooperietur si partesanam habet presertim si in ludo aze sciens est.7 in eo siquidem non nimia necessitas est de rotella preterq̄ dum aduersarius partesanam extra manum contra nos compulisset admodum propinque manendo:7 tunc fortasse non esset tempus reparandi ipsam. ¶ Sistendo circa aduersarium si altam partesanam habet:7 nimium rotellam suam precedit obuiandum est pūcte sue partesane cum rotella nostra causa quod i rotellam ingrediatur. Et dum ad abstrahendum ipsam insistit potest sibi aliqua aduersitas accidere. Iccirco precauere debemus ne cuspis noster per obuiationem rotellam alterius tangat.

¶ De duabus partesanis cum rotella. Cap.xxxv.

¶ Accipiendo duas partesanas cum rotella oportet iacere vnam ipsarum manendo in mediocri distantia ab aduersario:7 quumprimum illa attingit adesse debemus cum alia ambabus manibus capta:vt aduersarium feriamus in alia parte:quam discoopertā dimittit:quoniam ipse evoluitur ad deviandum partesanam nostram:7 interim impeditus:at7 discoopertus manet:7 q̄uis non revoluatur aliquod habet impedimentum:propterea quod partesanam ex dimidia parte sola manu apprehensam continet:7 nos nostram ambabus:ac per calcē assumptā tenemus. Qua de re priusq; ipse eū ꝓcuere queat in periculum maximum incurrit:7 iste ictus in partesana precipalis est:aut vbicunq; vnū telum aduersarij dum:7 alium ad observandum in manu habemus. Si alius iacit partesanam suam contra nos decet ad latera contrapassare ictum suum deviando. Et quod rotella sub ascella brachij dextri nostri attingat:7 ibi fixa maneat:7 illico cum diligentia parumper retrocedendum. Nā si hostis cum partesana sua ambabus manibus apprehensa evenit locum habeamus ad nos reparandum.

¶ Quomodo vtile esse experiatur inire ad latus dextrum aduersantis:7 qualiter rotellam: vel dargam nostram tenere debeamus siue operari. Cap.xxxvi.

¶ Communiter omnes super dextro eorum latere effugere solent:vt telum nostrum tangere queant:atq; ipsum deviare:7 ex hoc industria est proijcere supra illudmet latus:7 nos cooperire. Ideo dum contrapassamus idest super latere imus fugiendo alterius armam ponenda est rotella:7 darga semper nobiscum amplexa:7 quod semper tangat cubitum nostrum directum. Nec est permittendum quod telum aduersarij veniat ad rotellam:vel peltram nostram. Sed impediendum est ipsum cū nostro offensibili tāgendo.

¶ De modo transmittendi passus super sinistro latere. Cap.xxxvij.

¶ Dicimus tutum esse ambulare super sinistro latere dum alius aduersus nos telum iaculatur. Nam cōmuniter homines manudextri armam proijcientes evoluunt ipsam supra directum latus alterius. Si autem manus leua est revolūit armam quam excutit in nostrum sinistrum latus. Quapropter contra manusinistros dū aliqō telū ꝓijciunt ad dexterā ptē effugere debemus:7 cū mā dextra ad sinistrā cūdū est.

¶ De astutia q̃ vti debemus volẽtes armã nostrã ꝯtra aduersariũ iaculari. Cap.xxxviij.

¶ Melior modus decipiendi dum armã contra inimicum iaculari volumus videtur esse cõmittendo: vel minando tenero quodam modo: atq3 impellendo quando imaginatur iam se esse deuiatũ: ⁊ tũc opoꝛtet prolongare brachium vt telum comitetur: ⁊ quod vadat ad locum vnde alius deuiatur.

¶ Quid faciundum sit dum partesanaз thoracem: ⁊ rotellã habemus. Cap.xxxviiij.

¶ Si haberetur thorax cum rotella quandoq3 potest proijci rotella nostra ad faciem alterius precipue dum in quoquomodo defessi sumus: ⁊ in eo instanti attingendũ est cũ partesana ambabus manibus apprehensa quia donec in illo impedimento versatur ipsum sauciare possumus: ⁊ q̃uis cũ rotella remaneat semp ipso validiores erimus nisi qꝺ forte ipse eijceret partesanã suã ad nos. Sed hoc tãquã omni spe destitutus ageret maxime si nõ remaneret sibi mucro. Dũq3 eã p dimidiũ assumere vult vt proijcere queat si prope sumus debemus contra ipsum q̃plures ictus iacere spissos longos: ac breues maxime in brachio in quo armam habuerit: Et hoc modo non permittemus ictum suũ agere: ⁊ idem faciendũ ẽ cõtra illos qui lapides iacere volunt taliter quod dum minari incipit decet quod arma nostra brachium vel faciem suam percutiat. Et si nos lapides aut his similia habemus velociter incedendum est ad posteriorem ptẽ: ⁊ tunc contra ipsum proijcere opoꝛtet: atq3 eodem tempoꝛe cum aduersario nos coniungere si volumus sed sepe periculosum ẽ tandem ad probandũ vltimatum medium agendum est quoniam obseruationes: ⁊ puncte armarum offensibilium semper de aꝛa esse debent: ⁊ dum pugionem tenemus: ac prope manemus possumus partesanam in hostem iaculari: ⁊ nos secum coniungere. ¶ De partesana sola ludus aꝛe: ⁊ ensis duarum manuum agendus est: Quia interdum deueniendum est cum duobus ascendentibus quandoq3 cum manu directo: ⁊ quandoq3 cum sinistro: ⁊ in volta sicut de ense solo.

¶ De ludo ronche: ⁊ alabarde: que fere eiusdẽ equalitatis: ac similitudinis sunt. Cap.xl.

¶ Roncha: ⁊ alabarda similia [illegible] ludus partesan[illegible] iudicandum est. Quoniam interdum cum [illegible] duas cum puncta venire debet licet pro maiori parte cum puncta agamus sicuti de [illegible] eadem reparare oportet. ¶ Roncha ferrum ad scidendũ continet fere tãq̃ securis macellarioꝝ cuspidem quoq3 anterius: ⁊ in alio etiã trãsuerso paucã cuspidẽ: ⁊ rõcha longius h3 ferrũ: Sed nõ tã latũ.

¶ De speto. Cap.xli.

¶ Spetũ communiter cũ puncta iacitur licet aliquas acutas aures teneat: ac reuolutas in modũ medij arcus anterius: que de reuerso: aut sectione abscindere possunt ẽ arma fortis. habet enim locũ reparandi cum auribus quodcunq3 telũ longũ: aut breue tũ superius: ⁊ tum inferius: ⁊ quandoq3 in transuerso. ¶ Spetũ taliter in manibus manere debet quod vna auris in altum respiciat: ⁊ altera in imum vt in voluendo ipsum aliquantulo in transuersum veniat: ⁊ alterius telum recolligat. ¶ Acutum contum habere debet in inferiori parte: vt cum eo ferire possimus q̃n duo speta veniunt ad se obuiandum cum auribus aut quod spetum in terra aliam armam inflixerit siue firmauerit vtpote lanceam longam: ⁊ tunc aduersarius ad se iungendum veniret quod possimus ipsum conto percutere. ¶ Faciliter spetum potest contra quãcunq3 armam confligere. In cuius tamen oppugnantiam assumende sunt chirothece malliole de apprehensione ꝓpterea quod aures speti secãt. Pro maiori remedio aduersus hanc armã dũ quisquam cũ alia arma iueniret que eiusdẽ speciei nõ esset: dicimus accipiẽdũ esse vnum lancionem curtũ cũ vna cuspide in pte superiori ⁊ cũ alia in inferiori: ⁊ similiter vnam partesanam aut ginettam ad iaculandum: ⁊ quumprimum iaculatur quod attingat ad feriendum cũ lancione: ⁊ si tantũmodo lancio fuerit: ponende sunt manus in altũ: ⁊ puncta lancionis aliquãtulo in imũ erga aduersarium directa: ⁊ illinc vnus ictus iaciendus. Si enim qui spetum tenet aliquid scit ictum recolliget: ⁊ punctã lancionis in terrã ponet desuper cũ speto onerãdo.

¶ Et in remedium eodē instanti per partem exteriorem: qua contus nostri lancionis manet opus est currere ad coniungendū nos cum aduersario aut conto feriendū. ¶ Aures speti magne esse debent nō dire cte: sed concaue quasi in modū medij circuli: z in loco vbi primitus initio diuidunt ex principali puncta nul tum deuiate esse debent: z postmodum banda est volta: per totum satis scidere debent preterq̄ in illo pri cipio ob causam qō currere queant per telum aduersarij ad feriendum ipsum in manibus: aut quouis alio membro. ¶ Isto modo ita vt de speto fieri potest vna leuis lancea ad ducendū pedester: vel equester: quo niam faciliter alterius arma deuiari potest: z semper hostis aliquo trium punctarum iactu quatitur siue ac certatur: Etiam contra bruta animalia spetum hoc modo factū: z quod firmum sit est arma ceteris secu rior: Nam citra modum feriendi: z quod ictus non fallit animal retinet: quin ad nos ruat: q̄uis ferocissi mum fuerit: demq̄ ad decertandū facilime cōtra talia arma vt spetū: dum vnusquisq̄ in modo suo armā dus esset: turissimū est alba arma inductiua cape: vt thoracē cozeletū in vulgari denominatum: z de offen sibilibus: anchā cōtra q̄ arma spetus resistere nequit: verūtamē in simili modo pliandi hoies fortes nimi um sup debiles prevalent. ¶ Ulterius aduertendū ē in ludo istius speciei armoz: qz semper spetum ipsuz directū ad manus: vel pectus aduersarij deducatur: nō enim in modo trāsuerso velut alia arma lōga: que in vulgaris idiomatis lingua hastata denominari solent: sicut ancha: quoniā similia arma faciunt reparum deueniendo per transuersum: sed spetum tantum cum auriculis resistit: atq̄ deuiat ictus alterius: z insuper qō principalius est: qz cum speto oportet assidue attentos esse ad tenenda arma aduersarij foras: hoc ē quo spetum nostrum vadat directum ad psonam alterius: z suū veniat per trāsuersum ad nos: vnde aspiciēdū est: vt prius capiamus spetū alterius cū nostro: quā ipse nostrū capiat: ictus siquidē sunt agendi semper re cti ad manus: ad pectus: vel ad faciem eo qō i hoc modo est difficile ipsos reparare. De ictibus singula ribus vero ad inimicū nocēdum cum his armis pauci sunt magnum secretum habentes cum pcipaliter cū talibus armis: seu speto vulgariter loquēdo ad reparandum: atq̄ ad deuiandū arma alterius attēden dum ē. Uerūtamē dū ipsa deuiamus: aut cū nostro speto affirmamus velocissime absq̄ mora tēporis si dici potest brachia sunt recolligenda ad nos: siue retro: z quod in eo instanti cū cuspide ad faciem alterius proiiciatur etiam simul cum brachijs posset vnum passum: vel saltū retrocedere: z hoc ēt agendū sit cuz si milibus armis si vult alter nobiscum coniūgi si forsasis validiozib⁹ mēbris nobis sit: z si alter similes ict⁹ agere vult in eo tempore vnum gradum retrocedere debemus super latus tamen.

¶ De certamine duarum partesanarum. Cap. xlij.

¶ Decertando cum duabus partesanis accomodatius est vnam ipsarum tenere in manu sinistra directam ante corpus nostrum: z quod ferrum ipsius superius aspiciat eo quod si alius nobis iaculatur possi mus cum vna aut cū alia ex nostris partesanis reparare si autem nos primuz iaculamur telum nostrū su per latus dextrum alterius dirigendum est: nam vel reparare nequit: vel sibi tantum fastidij impendemus quod antequam expediatur locum adinueniem⁹ nocendi sibi cum altera partesana ambabus manibus apprehensa. ¶ Si enim nos aliquam imbrazaturam scilicet defensibilem armam habuerimus veluti pel tam: rotellam: dargam: parmā: scutū: siue clypeum: z alter armam suam duabus manibus apprehendit si militer nos duabus manibus nostram accipere debemus quod equestres vel pedestres maneamus.

¶ Qualiter conseruare nos oportet si armam longam contra breuem haberemus: aut econuerso. Cap. xliij

¶ Tenendo armam longam contra breuem bonum est spissos ictus peragere. Nihilominus fienda est custodia quod si aduersarius nobiscum coniungi volet inueniatur semper cuspis arme nostre in pectore ei⁹ quocirca oportet vt sepenumero retro aliquos passus immutemus. Si vero nos telum breue ad uersus longum tenemus vtplurimum ad posteriorem partem ambulandum est: z alias reparare decet z tunc velociter ad alium appropinquare telum suum deuiando. At si sagax fuerit malum medium vel oportunitatem adinueniemus.

¶Quali astutia vti possumus dum nos pedestres manemus:z alium equestrem expectare volumus. Cap.xliij.

¶Dum aliquis pedester manet:z equestrem expectare intendit ambabus manibus telum assumi debet z anterius extendi.Qđ si telū parūper longū fuerit vt cuspis in terram tangat firmiter stare oportet quo usqz per spaciū quadraginta:vel quinquaginta passuū equester veniat:z tunc cum vna manu dūtaxat lancea nostra tenenda est:z cum altera iaciendū cōtra equestrē aliquod leue telū lapis:aut his similia:z quū circa nos attingit redire debemus ad capiendū lanceā ambabus manibus velociter:z ad deuiandum cum nostra armā alterius cū gradu a latere.Et non debemus pergere super eadē parte nostra:quā antea tenemus.z dum hostis transit percutiēdus est ipse:aut equus eo qđ festinatim ipsum psequamur:tamē semp ad deuiandum armā suā recozdaturi sumus veniat quomodocūqz voluerit.Si autem equū vult voluere oportet qđ prope ipsum adsimus:nec permittamus vt voluatur ipsum vulnerando. ¶Et si equus cum maximo rigore ad nos venit necesse est in capite eius tangere cum arma nostra:z qđ per transuersum saltemus semper duos ictus eijciendo sicuti de aza agere solemus vnuz ad feriendū hoiem alterū vero ad feriendum equū.Et per hanc viam cum vno solo ense contra equestrem nos defendere possumus: tametsi lancea mediocris melior sit:z in hoc certamine nullo pacto effugere debemus.preterqz in transuersum deuiare dum tempus est: tamen non ostendendo vnde nos deuiare velimus:z is qui equester manet parū detrimenti contra pedestrē inferre poterit.Sed pauci inueniuntur pedestres sufficientes animo ad prelian dum contra equestres.Demū si recte aspicerent sufficienter possunt.nam posito quod cadant qđ vltimuz est in terra iacentes facillime possunt cum ense per partes inferiores equū inimici occidere: presertim si arma defensibilia induta habet:z equester est sine lancea:qz cum armis curtis difficillime ad terram attingi potest.Qui vero equester manet debet vnum ictum eijcere:seu breuem obuiationem agere. Alterū vero longum licet quod pedester manens potest semp telum suum porrigere:z hoc modo potest contra equestres expectare in quacunqz terre dispositione:dūmodo quatuor:vel quinqz passus de latitudine: vel spacio habeant.¶Qui autem equester est decet afferre lanceam qđ possit per dimidium vna manu dūtaxat gestari.Et dum iuxta pedestrem attingit fingere ad iaciendum vnum solum ictum. Dum vero pedester ipsum deuiare vult recolligendum est brachium cum arma aliquantulo retro:z eodem puncto alius longus ictus fieri debet:qui faciliter aduersario nocere potest.Et si lanceam portare volumus cum ferro ad partem posteriorem causa feriendi alium dum equus noster transit pariter condecens esse apparet alios duos ictus executere si forasse pedester primum ictum deuiat:z idem inter duos equestres fieri potest.

¶De quibusdam ictibus principalibus in quouis armorum genere Cap.xlv.

¶Tandem ponimus maiorem partem principaliorem ictuuz in quibus principale fundamentum esset faciūdū:z ita dū solū ensem habemus:vt qñ armā defensibilē i altera manu tenemus i primo ictu minari debemus siue ostētationē agere attamē curte eijciēdo:z semel retrahēdo posterius z alias p transuersuz. ¶In primo ictu vtile ē agere vnū passum p dexterā partē mēbra nostra quātū poterimus ꝓlongādo. Et qđ iacianmus ad brachiū aut supra manū alterius vel manudextrū siue stoccbatā:aut punctā in sinistrū latus.Sed melior ē stoccbata qz potius attingere solet:z adhuc nos magis possum⁹ supra tergus nostrū declinare.Būqz ad manū alteri⁹ inuadere volum⁹:i primis putile ē manusinistrū cōmittere:z qđ ad dextrā partē nostrā trāseat:z eodē īstāti quo alter venit cū dextro ictu ad manū suā eundū est. ¶Quum ad manū aduersarij ire volumus initio vtile ē manureuersum cōmittere:z qđ parū trāseat:atqz ipsomet tpe quo venit debemus nos cū manu dextro ad manū suā ire. ¶Custodia siue modus manēdi ad dēfendē dum in armis nulla prorsus est tuta:nam si nos claudere volumus ad perdutionem declinamus:z hoc euenire solet quod sepenumero magistri gladiatores aut qui in armis funguntur officio edocendi alios turbantur:z iacturam recipiunt quoniam in custodia recluſa se immittunt.Et quo ad veritatem sicut in palestra nulla apprehensio est tuta:nec armis reperitur secura custodia:Quamobrem nobis competit ꝙ semp econuerso:qz hostes eamus:z telum cum facilitate portemus: vt semper nos precedat: partes discoopertas inquirēdo:z vbi aduersarius minus sit continuo leuiter ambulādū:z sic hostis nō potest tam cito mo

ueri quin ipsum sentiamus: z tēpus nō habeamus ad nos reparandum. ¶ Et de hoc modo gubernādi p sonas nostras in illo quod facturi sumus dum palestram agere incipimus melius: qz̄ in alio loco exemplū capere possumus: que regula ad oia exercitia pedester aut equester manendo intelligitur.

¶ Quantum vtile sit contrapassare: aut passus in latera dirigere. Cap. xlvi.

¶ Pedibus ac manibus dissimulare bonum est. Nam firmiter manendo possunt nobis facillime offendere: z etiā qz duz moueri volumus noticiā damus de illo quod facturi sumus. Quod si tēperate ad quas cunqz partes ambulamus nesciunt penitus quam conclusionem acturi simus. ¶ Due guide aut vero ascēdentes qui de manu sinistra veniant vtiles sunt tamen de parte dextera cum puncta vel guida ad brachiū aduersantis redeundum est quotiescunqz duo ictus simul veniunt primus eoz adeo longus esse debet qō timorē det aduersario: z ēt vt videatur nos extendere brachium in sufficienti quātitate. Sed vltimus ict⁹ velociter est fiendus: z quantum possumus omnia membra prolongare debemus. Si vero ad inferiores partes iacimus corpus nostrum declinare debet: z si ad superiores subleuari tutum est vnum reuersum siue guida ad caput faciendo passum supra nostrum dextrum pedem: z tunc punctam: vel manu dextrum i sinistram partem alterius ducere debemus.

¶ Quam periculosi sint ictus manudextri. Cap. xlvij.

¶ Ensibus decertando ictus manudextri periculosi sunt: Dum enim ipsos agimus discooperti remanemus: Nihilominus duos simul adducendo in similitudine de descendentibus: z quod non declinent vltra cincturam turi fieri possint aduersus quēcūqz hoiem: Sed versus anteriorem partem: z non ad inferiorē sunt dirigendi hoc intelligitur quod ensis noster firmari debet pariter vel circa cum cinctura retinendo ne inferius veniat: Verūtamen quod in modo rote iterum superius redeat.

¶ De quibusdam manudextris: ac de alijs ictibus. Cap. xlviij.

¶ Agendo vnum dissimulatum ictum: z satis longū versutia approbatissima est: z qō ipsemet ictus vadat in girum per partem sinistrā ad percutiendum in faciem: aut vero per primus manureuersum ad tibias cōmittere decet: Deinceps vero ad guidam in sinistra parte faciei. Si autem tibias vulnerare volumus: primo manureuersus debet in faciem dirigi: z quod ensis redeat cum volta ad tangendum tibias: aut qō in primo guidam faciamus per sinistram partem in vultu: z cum reuerso ad feriendum per inferiorē partem voluatur: vocamus guidam ictum qui inter punctam: z ascendentē se habet. Et animaduertendum est ne duo tēpora in his duplicibus ictibus faciamus nisi vnū dūtaxat: z interdū exuti debet ad caput cū ictu qui dimidia stoccbata: z dimidia guida sit siue inter vnam: atqz aliā istarum: z qō ad aliā partē voluatur cum eodem ictu in vno solo tpe. At vero ad partē sinistram incipiendo melius est omnino.

¶ Quos ictus agere debemus ex quo ensem attrabimus. Cap. xlviij.

¶ In attrabendo seu euaginando ensem primū cū pede sinistro iacere debemus z magnā ostētationē p caput agere atqz eodē tpe ensem declinare: z qō puncta ejciatur ingrediēdo cū pede dextro ad comungēdū nos sicuti cum aza agere solemus z cū puncta ad pectus iaciēdo in vno solo tēpore difficiliter reparari potest tamē tēperate ambulādo eo modo quo cū lācea longa in vno solo tpe duos ictus agimus: scilicet primū breuē: z secūdū extēsū. Similiter cū ense due stoccbate sunt fiēde quaz vna breuis z p partē superiorē: altera vero lōga: z qō potiꝰ ifeziꝰ vadat. Demū sine sectiōe tpis nisi qō manꝰ dūtaxat aliqz̄tulo voluatur.

¶ Quos ictus agere possumus dum in certamen ingredi volumus. Cap. l.

¶ Qui cum aduersario coniungi vult debet iactum manudextri agere maximam furiam demonstrando

quod inferius tendat ꝛ nõ trãseat nimiũ ad sinistram:ꝛ qõ partes nostras superiores discoopertas dimittamus:propterea quod si alius venit ad feriendũ per caput nos vno gradu anterius ingredi debemus cuꝫ sinistro pede ꝛ lõgos passus agere:ꝛ qõ ensis noster ad reparãdũ ensem alteri⁹ vadat.Si vero petrã:aut similẽ armã defensiuã tenem⁹ ire debet ad tãgẽdũ caput nostrũ:ꝛ ensis ad scindẽdũ brachiũ hostis.

¶ De duobus manudextris. Cap.li.

¶ Faciendo duos manudextros aduersarius cõmuniter per partes superiores contra nos correspondet: ꝛ sic ad dimidium temporis vltimus ictus non debet vltra cincturam declinare.Sed quod ex inferiori ad superius cum ense nostro ad nos cooperiendum vadat.

¶ De duobus manureuersis. Cap.lij.

¶ Siquis cum duobus reuersis manusinistris ad aduersarium appropinquare voluerit ꝓiusqꝫ manureuersum siniat diuertendus est ensis noster in custodiam ad resistendum sue arme:ꝛ eodem momento est ingrediendum cum ambobus pedibus ad nos coniungendum.

¶ Qualiter possumus leuiorem ensem agere. Cap.liij.

¶ Quo leuiorem ensem inueniamus cum quo decertare velimus per aliquod dies ante frequentandus ẽ alius multo grauior:pariter ꝛ illa die ante conflictum vno bacu'o:vel ferro ponderoso vti debemus:vt brachium in dimittendo hec grauia contentum:ac leue inueniatur cũ arma leuiori:quã sibi postmodũ ꝑbem⁹.

¶ Quod sit vtilitas habere manubrium ensis longum. Cap.liiij.

¶ Utilitas reperitur dum manubrium ensis longum tenemus:qz anterius leuiorem ipsuꝫ reddit:quãquã pleriqꝫ in hoc errare soleant ponendo pomum graue imaginãtes in hoc leuiorem ensem fieri. Et quo ad veritatem magis deuiatur in parte anteriori si vnum digitum prolonganus de spica manipuli:qꝫ si i pomo poneremus vnam libram ponderis:ꝛ hoc in bilancijs palam fit:qm̃ in pauca longitudine maxima experitur differentia:tum ẽt ꝓ quibusdã alijs bonum est manipulũ ensis:vel mucronis longum habere. Nã qꝫis ensis brevis sit si aliquanto bellum durauerit debemus ipsum ambabus manibus apprehendere:ꝛ tunc ponenda est cuspis versus alterũ:ꝛ quod breues ictus faciamus quasi in modo defendendi:ꝛ interim brachium nostrum extendamus.Quumprimum vero adiungere volumus vna manus est dimittẽda.Ut de aduersarius discoopertam accipere possit.Similiter si alius aliquanto defessus est:ꝛ nos fortem ensez tenemus percutiendo in ense suo ambabus manibus facile est ipsum ensem prosternari.Et hoc vtile est cũ mucrõe siue stoccho dũ equestres manem⁹:ꝛ eo tũc habena lõga tenẽda ẽ:ꝛ qõ dimittamus alterius impetum abire:ex quo oporet mucronem nostrum:vel grauem ensem ambabus manibus assumere:ꝛ tres: aut quattuor ictus veloces iacere in alterius stoccbum:vel in aliam discoopertam partem.

¶ Quantum vtile sit armam longam afferre. Cap.lv.

¶ Qui cum ratione scit armis vti ipsas parumper longas gestare debet qz saltem tanto melius aduersario se habet quanto longiorem armam tenet eo magis dum absqꝫ armis defensibilibus manemus:ꝛ offensibilia quoqꝫ levia esse debent qõ ipsa possimus subijcere:ꝛ cito manipulari quocunqꝫ tpe voluerimus.

¶ De bielzis:aut crucibus ensium. Cap.lvi.

¶ Bielzi siue cruces ensiuꝫ longi esse debent:vt fere totũ brachiũ regant:sed itelligit:qõ homo recte sciat ensem:ꝛ brachium in directũ ducere:ꝛ non debent esse grossi ut gravitatẽ ensi non impendant.At quonaꝫ

hielzus non potest scindi: nisi fortuito id acciderit nequaquam oportet ipsum grauem fieri. Nihilominus per totuz possumus ipsos temperare preter cassiam: vel aperturam per quam spica ensis ingreditur. nam illa tenera restare debet: z paulatim grossa ne forte rumpatur. Quia in alio loco non est periculum rumpendi. Verumtamen per totum in mediocri subtilitate esse oportet.

¶ Quātū vtile sit hominē assuefieri ad operādū cū manu sinistra. Cap. lvij.

¶ Comendamus illum qui leuam manum haberet in consuetudine dum ad decertandum inter duos deuenitur q̄ in principio cum manu sinistra ensis capiatur pluribus de causis. primo quod homo potius super se manebit eo quod minus confidet. secundario quod in trāsferendo ensem ad manū dextram inueni mus manum queram: vel validam: z socius iam sessus aliquantulo: z adhuc timet nouitatem illam aspi ciens etiam aliūd: quia quum brachium sinistrum curtos ictus proijcit capiendo ipsum cum directa manu hostis non reminiscitur tam cito ad se recolligendum: z cum his duobus ictibus de quibus superius men tionem fecimus quod in modo circulationis vadant: z quod duo tempora non fiant quasi impossibile est non percutere alium: si modo retro non saltaret.

¶ Quos ictus manus sinistra agere debet. Cap. lviij.

¶ Manus leua semper ictus manureuersos: z manudextros facere debet qui dimidium findentes siue descendentes sint: z ictus ascendentes semper ad partem dextram aduersarij sunt dirigendi: quia transeū do in alterum latus dimittimus partem nostram sinistram discoopertam. Iccirco communiter super pe de nostro directo in simili conflictu ambulandum est intelligitur dum ensem in manu sinistra tenemus: z si in dextra penitus econuerso ituri sumus.

¶ Qua de causa duos ictus agendo tres sint fiendi. Cap. lviiij.

¶ Quotiescunqz duos ictus simul administramus tres quoqz agendi sunt: nam primus ictus amutat: siue lacessit ad irritādū hostē: z secūdus ferit. Tertius vero redit ad nos preparādū: vel cooperiēdū: z iter dū duos manureuersos facere debemus: z q̄ illico nos recolligamus siue ad nos p̄iungēdū eamus.

¶ Quomodo vnusquisqz in principio super seipso pergere debet. Cap. lx.

¶ Initio decertationis aduertendū ē nāqz eo tēpore qslz fere deliberato aīo ad nocendū inimico initiū: quo q̄dē instāti multū agere p̄t: q̄ totis viribus: ac leuitate deficit si ipsum paululū defatigare sinimus:

¶ Qua ratione cum promptitudine ictus fiendi sunt. Cap. lxi.

¶ Ictus velociter fieri debēt: z si p̄iusq̄ incipiāt: aut finitis duobus: vel tribus ictibus ad p̄mā tēperātiā semp ē redeūdū: nā decē: vel quindeciz iactus simul ejiciēdo: q̄uis i aliquibus exitus hostē tāgamus: etiā nos cōmuniter aliquez ictuz recipimus quod non cōperit illi: qui cū ratione: z vtilitate agere voler.

¶ Quo tempore bona sit promptitudo: ac furia. Cap. lxij.

¶ Nōunquam perutile inuenitur contra inimicos magnum impetum agere. Sed hoc quando plures simul manent intelligitur: presertim dum incipimus ad ponendum ipsos in fugam. Et simili tempore tan to melius erit quāto plures ictus trahimus. Verū ad hoc cōdecenter est nos bene armatos esse: z aliquā societatem habere. propterea q̄ si inimici deuiarent vnū ictum nostrum nobis nocere nō possent: Qua tā dē furia raro vti debemus: si in necessitate non esset causa q̄ homo ab aliquo angusto loco exiret vel ad ca piēdū aliqua loca: aut vias necessarias: semp aūt tēperātiā comēdamus. ¶ Et si i cūctis bona tēpantia i

mō inuadēdi alios optima: quoniā sepenumero hoies in modis debellandi astuti vnū pro alio ostēdūt: ⁊ similia propie insidie vocantur: ⁊ qui contra tales insidiosos absq; moderatione decurrit frequēter incidit i insidias: Quoniā insidie aduersus furibūdos: aut intēperatos inuēte sunt ita quod tēperātia ē obseruanda ne furibūdoꝝ more capiamur. ¶ In armis siquidē veluti cū ense pelta: aut parma ex corio: vel lignea qui decipere vult sepe vnū latus ostendit inimico detectū eo qō ipse intēperate vadat ad feriendū eā ptē detectā: ⁊ tūc qui insidias parat cooperiendo se festinatiꝫ cū parma: ⁊ trāseūdo super aliud latus venit cū dextero ictu vel pūcta seu cū manu siniſtro ex cōuersa parte intelligas qua prius discoopert⁹ erat: ⁊ cōtra hos tēperate manendū ē cōmittendo primū in mō dissimulato ad discoopertū latus: ⁊ quod non finiatur ictus nisi quod cū passu longo per idē latus ad trāsuersum moueamur: ⁊ proijciamus punctam ad latus alterius super illa parte ad quā ipse deuiat: vel ascendentē ad accipiendū manuꝫ suā licet quod etiā qui parum sciunt aliqua mēbra discooperta dimittunt in quibus facile vulnerari possunt: attamē decertādo contra illos quos non cognoscimus nequaquā ē confidendū quod sine insidijs discooperti nō maneāt ita quod frequenter vtendum ē temperantia: ⁊ presertim quousq; aduersary noscuntur.

¶ Quanta vtilitas sit vti aza: ⁊ ense duarum manuum. Cap. lxiij.

¶ Aliquando vtendum est aza siue tripuncta: vt tibias: ⁊ caput tegere sciamus: ⁊ vt dexteri euadam⁹: ⁊ super latera facile ambulare sciamus: dum opus erit oportet ensem duarus manuum exercere: ⁊ hoc in omnibus generibus armorum adiuuat.

¶ De quibusdam ictibus satis coopertis. Cap. lxiij.

¶ Cum qualibet arma vtile ē in reparādo ictū alterius qō nos punctā dirigamus ꝓtra aduersariū: ⁊ si cū lācea erit ictus suus reparādus ē: aut dimittēdū quod frustra trāseat p latera: ⁊ eo tēpore decet cū vno pede ingredi maximā ostentationē faciēdo cū vno breui ictu: ⁊ qō talis ictus cū altero pede quantum qui uerit ꝓlongeꝫ. ¶ Aza secuꝫ reparat a ptē exteriori ad ptē iteriorē sicuti de manu siniſtra ad dextrā dūmodo illico redeamus cū calce aze fere p eūdē locū veluti prior ictus siue repatio ibat lꝫ parump magis directa ad psonā alteri⁹: nā si i prima nō obuiat arme inimici deuiet ipsaꝫ i ba: ⁊ qō siniſtrū lat⁹ i trāsuersuꝫ fugiat: ⁊ ingrediēdo cum dextro i eo instāti iaciendo vnā punctā i mō ascēdēris vadat: ⁊ silr ō ējcūqꝫ prefiēdum est. ¶ De ense si ali⁹ iacit repare debem⁹: ⁊ in eodē ire ad feriendū cuꝫ pūcta. ¶ Si autem duos manus reuersos agimus in vltimo sola ostentatio ex manu siniſtra fieri debet: ⁊ quod cum puncta: seu stoc chata veniat similiter manu dexter: aut quisq; alius ictus communiter in stocchatam conuertendus est de uiando in illo instanti corpus nostrum ab arma aduersantis. ¶ Et hic semper est fingendum quod armam alterius tangere velimus ꝙ nos primitus ad agendum ictum inchoemus: aut quod hostis incipiat: ⁊ sine cesione temporis cum pede dextro ante pergamus aliquantulo supra dextrum latus: ⁊ cum puncta ad pectus: vel faciem eius: ꝙ parumper manus voluatur eo quod crux ensis in transuersum veniat ad retinendum ictum aduersarij si forte ipsum agit. Et hoc continuandum est: quia oportet hostem continuo retrocedere: aut pluries vulnerari. Et hoc fieri potest per partem siniſtram quemadmodum: ⁊ per dextram licet non tam ꝓpie. ¶ Et cum quibusque alijs armis bonum est vt magnam faciamus ostentationem quod velimus armam alterius tangere: ⁊ quod is ictus cum puncta in aduersarium dirigatur: ⁊ suam armam non tangat. ¶ Cum aza vel quocunque breui telo vt dum hostis cum manu directo per superiorem partem venit oportet ictum suum deuiare cum alio simili fere per partem superiorem sue arme: ⁊ quod nostra directe ad faciem ei⁹ vadat. Et si manu siniſtrum iacit pariter cum alio simili nos agere debemus. Si vero per inferiorem vult inuadere telum nostrum per partem eius inferiorē ad reparādū veniat: ⁊ ad tibias suas dirigat. Ad qō faciēdū semp vnū passum: vel duos imittere debemus aliquātulo anterius: ⁊ aliquātulo i trāsuersum. ¶ Nonnulli tñ qui defendēdo: ⁊ ambulādo retro ire solēt vno ictu fortissimo ad reparādū vtunt hoc ē dū alius ꝓtra ipsos proijcit fugientes: aut qō sinūt ictū sua ex alto findere in imū retro saltantes. Et hoc modo sepe brachiuꝫ aduersantis accipiūt: vel interdū aliud mēbrū. ¶ De uastatio vero huius ictus facillima est: ac sufficiens ad feriendū fugiētē: ⁊ extra cāpū cōpellēdū: que talis

est scilicet minari de manu dextro: vel sinistro: z quod eodem instanti ensis noster cum puncta ad brachiū vel visum impugnantis redeat: vt superius dictum est. Et si hostis ad seriendum venire vult ipsemet per ensem nostrum ingreditur: z ensis noster sicut rota volui debet quod crux ipsius in transuersum tendat: non autem quod vna puncta hielci superius respiciat: z alia inferius. Et crux: siue hielzus longus esse debet vt totum brachium obseruet: z corpus quoqz nimium inclinari vt manus altior q̄z brachium restet: z sic alius nō potest nisi in cruce ensis tāgere. Attamen pro vltima deuastatione istius ictus: qui ex puncta venit tunc quum armam nostram tangere vult opus est ad partem nostram dextram ambulare: z quod illico ensis noster sub brachio voluat: z ad recolligēdū brachiū alterius cū cesione eat siue ad latus vel ad visuz cū puncta. Et aduerte qō i oibus operib⁹ nr̄is nusquā declinare debem⁹. Sz semp meliora inquisitū ascēdere. Ita qō in vltimis optima sunt ponenda quādoquidē in fine vltima laus seu ignominia p̄sistit.

¶ Quatenus se hēre debeāt dexteri cū sinistris: z sinistri cū dexteris qō ē isdē ordo: quū eque natura contrarij sint lz ob maiorē aut minorem consuetudinē iter eos aliquam disparitatem versari contingat. Cap. lxv.

¶ Modus preliādi iter vnū dexterū: z aliū sinistrū eē solet tāquā noua res vtrisqz. Ambo enī discoopti restāt: attamē i cōi deterius ē dextero. nā sero accidit aduersus sinistros assuefieri. ¶ Sinistri enī pauci sunt respectiue ad dexteros: z sic vnusqsqz sinister multocies p̄ dexteros opatus ē. Et q dextera manu vtī raro aduersus sinistros. ¶ Verūtamē p̄mus ludi itētus ē qō cuiqz pliātiū p̄uenit qō pedes ferme equales ponat: z sup suo sinistro latere ābulet. ¶ Brachiū: z man⁹ añ suūmet aluū qō manus veniat fer̄ i medio cruū: z cuspis ensis parūper ad imū tēdat respiciēdo lat⁹ i quo hostis ensez p̄tinet. ¶ Si ꝙo sinister manu dextrū iacit qō venit ex eo latere quo reuersus dextera manu fieri solēt debem⁹ nosipsos deuiare sup sinistro pede p̄passando nr̄o ense colligētes hostis manū aut brachiū. Et si ad reuersuz iacit qō erit sicut manu dextrū dexteroz spaciari debem⁹ sup directo latere brachiū ense capiēdo aut suā armā reparādo ne nos ptingat. ¶ Et iterz q reparam⁹ aut brachiū pertinus meli⁹ ē qō secū iūgamur q̄z qō retrogrediamur nāqz ex eodem ictu qui prius ad brachium attigit ad tibias redire potest: z deinde cum stoccata in eodē tempore. ¶ Periculosum est manu dextrum iacere si non esset ad irritandum ipsum spaciando super nostro sinistro latere: z cum custodia vel ascendente ad brachium iaciendo. Bonum est per tibias vnum reuersum dissimulare siue āmagare: z absqz transitu ipsummet reuersum cum stoccata ad faciem dirigere. ¶ Nihilominus ad hoc bonum esset habere in sinistro brachio aliquam armam de defensa nuncupatam ad ponendum ante dextrum humerum. ¶ Demum ensis noster semper debet ad manum alterius respicere: z quod ex transuerso veniat ac si dexter cum dextero aut sinister cum sinistro dimicaret frequenter fugiendo latus ex quo hostis iaciet brachium sibi cum nostra arma colligendo. ¶ Et eadem regula quam dexteris damus pro sinistris intelligenda est: a natura enim equaliter contrarij.

¶ De modo decertandi equester. Cap. lxvi.

¶ Dactamus de armis nobis cōpetentibus dum pedestres fumus pertractauimus: in sequentibus vero capitulis aliquid de equestri modo pugnandi inscribemus. ¶ Dum duo equestres ad certamen deueniūt in p̄ma lanceazum obuiatione sepe vtile est in equum alterius lanceam dirigere dummodo aliqua arma defensibilia habeamus que possent personam nostram tutari. Quando autē equos leuis armature habemus: z parmas deferimus quibus nos tegere valeamus in appropinquando bonum ē minari ō iaculatione lancee q aliūs cooperiatur: z in transeundo ipsum ferire. Sed oportet quod eo tūc lanceā per dimidiū assumptam teneamus quod hyspano idiomate amanteniente dicitur: z quod festinatim super aduersariū reuoluatur aut pro tutiori modo lancea per dimidiū ē apprehendēda: z quod obuiationem lācee alterius deuiemus quod facillime fieri pōt: qz q̄uis nil aliud preter ensem teneamus si super collo equi ipsuz deportamus paucolaboze possimus alterius obuiationē per partē inferiozē cū ascendente vel modo manudire cti deuastare. Si aūt dargā seu parmā habemus possumus ipsam lācee alterius dare: z quod nos deuciemur super parte nostra directa: z tunc scindendum ē per faciem cum manu sinistro.

¶Quid agendum sit dum iam equites coniuncti sunt. Cap.lxvij.

¶Dum equites iam sunt propinqui:ꝛ in conflictu:vtile est interdum lanceam ambabus manibus apprehendere premittendo ipsam decurrere supra manum ferentem parmam . si vero eam per dimidium tenemus semper duo vel tres ictus agendi sunt:ꝛ quod ad varia loca tendant:ꝛ vnus breuis:ꝛ alius longus esse debet:ꝛ quod semper sit nobis cura deuiandi lanceaꝫ alterius ne malum vtriqꝫ immineat . ¶Deueniendo ad ensem vel ad stoccum seu quod mucrones dicantur utplurimum facturi sumus ictus quibus pedestres cum ensibus duntaxat vti solemus.Sed in principio cum pauco impetu ingrediendum erit:ꝛ qꝫ manus dextera dū tps habeꝫ super ãteriori arzone quiescat:ꝛ cuspis ensis semper aduersariū respiciat.

¶De quibusdam ictibus offensibilibus:ꝛ alijs quoqꝫ defensibilibus. Cap.lxviij.

¶Nonnulli ictus principales fieri solent qui admodū tuti sunt hoc modo.Si aduersarius punctā adducit infimam ad crura nostra oportet ipsam omnimodo deuastare cum ascendente qui ensem alterius per inferiorē partē capiat.Et si ipse stoccatam aliquantulo altam ejcat cum dimidia stoccata:ꝛ dimidio manu dextro reparandum est declinando brachium nostrum:ꝛ quod arma nostra anterius sit porrecta vt mucronē aduersarij deuiare queat:ꝛ ad feriendum in pectore aut facie vadat:ꝛ hoc equester : ꝛ pedester fieri solet contra omnes ictus quos alius agere potest.¶Vnus manureuersus in transeundo prope aduersarium bonus ẽ quo assidue aphricani:tbeuci: alijqꝫ mauritãi vtuntur.¶Sed in contrarium siue ad faciẽ dum deuastationem cū alio manusinistro succurreꝝ debem⁹.Verumtamen quod cuspis ensis nr̃i surſuz respiciat ꝛ manus declinet:vt dum in transuersum venimus nequeat alterius ictum reparare aut vero ensez nr̃m infimum gestare possumus:ꝛ quod descendente manu reuerso arma nr̃a ascendat in modo capiendi manum suã:ꝛ ad melius obstandum huic ictui oportet quod super sinistro latere adhereamus: ꝛ quãdo qꝫ presertim si parmam in manu sinistra tenemus caput nostrum tegendo:ꝛ ꝙ stoccatã ad alterius faciẽ applicemus tamen quod manus nr̃a veniat quãto inferius veniꝝ poterit eo quod reuersus alterius in ense vel in elzo nostro retineatur que puncta contra ictus venientes ex humero sinistro valet atqꝫ ad offendẽdū illis qui super humero sinistro arma sua gestant seu retinent.¶Si vero de manu dextro inimicus vult inuadere cum simili nos occurramus vel cum ascendente ex inferiori parte manum suam capiendo.Et semper tales defensiones agere oportet contra quemcunqꝫ hostis ictum.

¶Contra illos:qui mucronem suum supra arzonem affirmant. Cap.lxviij.

¶Quidam soliti sunt super arzone stoccum suum firmare: ꝛ ponere tibias siue calcaria equo atqꝫ fero citer cum obuiatione venire sed hoc nil contra sapientes valet.facile enim armam suam deuiare possumus ꝛ in faciem eius vel ad quodcunqꝫ membrum voluerimus cum nostra excutere . nam quelibet arma que in obuiationē tẽdit p cursum leuiter deuiari põt:quoniam paulatim ꝛ sine deceptione venit.

¶Quo pacto offendere debeamus. Cap.lxx.

¶Dum offendere volumus in vno latere cõmittendum vel signandū ẽ:ꝛ in altero ictus exonerandus. Et semper vbi aduersarius minus fortis est applicandi sunt ictus:ꝛ sic facilius ipsuꝫ capere possumus.

¶Quid facturi simus dum videmus alium caute ambulare. Cap.lxxi.

¶Si alius super se retentus manet contra ipsuꝫ ludus quem de pedestribus diximus agendus esset eo quod deordinetur.Beinceps vero inuadendum est vbi nobis videbitur : ꝛ si ad aliquod latus voluerent semper manendum est iuxta ipsum vt in bijs interuallis voluendi sibi nocere possimus . Quando autem equus noster reuolueret assidue tenenda est arma contra aduersarium directa: vt nosipsos tutari valeam⁹ quousqꝫ equus noster ad directum vertatur.

¶ Quos ictus cum maza siue clava operari possumus ⁊ q̃ longa esse debeat ⁊ quomodo fieri oporteat. Cap.lxxij.

¶ Accedendo ad clavas seu mazas vulgariter dictas in primis reparandi sunt ictus hostis: deinde contra eum magno fremitu eronerandum est. Cumq; aliquantulo moretur mittenda est habena in brachio nostro pro quo decet quod longa sit: aut quod ipsam parumper dimittamus: vt post modum apparebit accipiendo clavem ambabus manibus tres vel quatuor ictus cum vltima vi: ⁊ velocitate impellendi sunt. quia si in sua arma percutimus sepenumero ipsam extra manum expellimus. Similiter in quocunq; alio loco percusserimus magnam operationem agimus. Ad hoc requiritur clavam longam esse per quatuor palmos ⁊ in posteriori vnum manipulum in quo duas manus immittere possimus. ⁊ ante manus vnam rotam ferream more pelusiensi que manus obseruet ⁊ in calce totius aliquam grossitudinem ne maza e manibus diffugiat: ferrum vero eius in similitudine aze vel tripuncte fieri debet vna pars martelli que grossior est in tribus punctis paruulis esset diuidenda admodum diamantis. Altera vero tanquã limó paruulus: ⁊ quod iste puncte sint expedite in basta cum aliquo nodo in dimidio ⁊ superius aut anterius puncta breuis ponenda est: ⁊ quod per lignum duo vectes ferrei vadant ad infigendam rotellam vbi manus sunt: ⁊ manipulus cum filo optimo fortificatus sit: quoniam maze que aliter facte sunt paruulum ictum producunt: tamen quandoq; clava in vna parte scindere debet. Sed quod distantia fissure breuis sit ⁊ expedita ad cassam martelli: ⁊ similiter pars obtusa nimis expedita: eo quod ibi tota vis ictus recolligatur. Et hunc contum siue clavam ambabus manibus assumendo multo fortius est q̃ si vna sola: Quoniam vna non satis potest contra duas resistere interdum dimittere debemus habenas vt sinistra manu telum ad uersarij capiamus. Sed oporet manutecam ferream habere aut quod cum brachio ipsam assumamus vel reparemus. Tamen cũ discretione decet redire ad suscipiendas iteruz habenas: ⁊ etiaz habene cuz aliqua re subtili atq; longa in crinibus equi alligande sunt: ⁊ quod ad brachium nostrum deueniant ne ipse habene super capite equi in terram cadant. ¶ Hec clava siue acuscula vulgariter denominata vltra tres cuspides videlicet: vnum angulum obtusum: alterum medium: ⁊ alium acutum etiam in clauo qui cõtinet lignum cum ferro: debet esse quidam rampinus: siue curuus fortissimus: de quo rampino maza suspenditur: ⁊ dum decertatur potest accipere aduersarium per collum vel alterum membrum: ⁊ attrahendo fortiter: presertim reuoluendo se vt debetur simul cum equo: ⁊ sic facile est attrahere extra sellam aduersantem. ¶ Et vt tutius maneamus: oportet duo portare clava vt si vnum deperderemus: quod aliud remaneat: ⁊ etiam pedester: dum cum ãchis decertatur: ⁊ armis albis potest portare rampinum in ãcha ad accipiendum aduersarium per collum: quia facile erit ipsam proijcere: ⁊ tunc ille nullum ictum magnuz siue periculosum contra nos operari potest.

¶ Quid facturi sum⁹ videdo equũ aduersarij nobis nimiũ fastidij inferre. Cap.lxxij.

¶ Si equi securati sunt hoc est quod nullus vulneret aut occidat equum alterius. Et si equus inimici vult nimium super nos inniti oportet supra caput eius cum pomo mucronis aliquem ictum dare: quoniã hoc modo non potest dici quod vulneratus sit equus: ⁊ valde nobis adiuuat.

¶ Quonã pacto aliquando stocchis in modo obuiationis vtendum est: ⁊ de medio contra ipsum. Cap.lxxiij.

¶ Quia armigeri dum de armis albis atq; grauibus armati sunt ⁊ equestri decertant super omnia alia arma stocchis vulgariter denominatis vtuntur de stocho ipso aliquid exponendum est: saltem vbi alter alterum nimium superare potest: veluti dum equum validiorem: quam equum aduersarij habemus: Quo circa qui equum ducit fortissimum: qui facit retrocedere equum aduersarij: potest assumere stochum firmũ ⁊ tutũ: q⁹ nõ torqueat neq; rũpat. ¶ Et tũc paulati est ponenda cuspis stochi i gutture sup viseriã: aut sub axillis: siue brachijs alteri⁹: ⁊ q̃ stati man⁹ nr̃a sup nostrũmet pect⁹ põat expellẽdo ppetorẽ in

modo obiectionis.nam si equus noster est ita validus q facillime faciat retrocedere alterum equum de facili quoq; possumus prosternere extra sellam aduersarium dummodo stocchus noster sit apprehensus in aliqua parte superiore alterius:vt in gutture vel viseria. Sed dum equus noster non expellit alterum. Hec industria parū vel nihil valet. ¶ Verūtñ si qñq; cōtingit cōtra aliquē pugnare:q talē habeat equū: z iduſtriā aiaduertēdū ē q dū ipſi affirmāt ſuū ſtocchū ſtatim ſuper vnam latus noſipſos reuoluamur accipiendo ſtochum alterius cum brachio:z ita poſſumus arripere ipſum a manu inimici:z ſi non arripi mus ſaluabimur:atq; plicabimus ſtocchum illius:z poſtquam plicatus erit parum vel nihil in ſimili ob uiatione contra nos operari poteſt. ¶ Tandem vt turiores ſimus ſemper cum tali pacto decertandum eſt:quod equos occidere poſſumus ſaltem dum credimus q aduerſarius equum fortiorem noſtro ducit. z tunc in primis contra equum oportet ictus noſtros dirigere:z inter alios potiſſimum cum acuſcula vel clana eſt dandum ſuper cerebrum alterius equi:z in hoc modo ſi clana bona eſt:z cum duabus manibus percutimus cadet equus aut ſaltim nunquaz amplius verſus nos diriget faciem. z hec eſt via inter alias validior ad pugnandum contra habentes equos magnos:z fortes:nam dum equum occidere poſſumus parum intereſt q equus alterius ſit maior noſtro:quoniam ita facile:aut parum minus poſſumus occi dere ipſum:atſi aliquātulum debiliorem eſſe. Sed dum tale conſtituitur pactum: q equi non occidantur maximam habet ſuperantiam:qui equum fortem:z magnum ducit veluti mittendo enſem in viseriam al terius:z percutiendo ipſum ſuper caput:licet in bello minus hoc valere poſſit: qz in ſingulari certamine: quoniam vnuſquiſq; poteſt occidere equum alterius:z etiam tunc eſt parum ſpacium ad ponenduz arma paulatim vbicunq; volunt:z cum obuiatione lancee occidere equos res facilis eſt:quod in certamine mul torum fit vel duorum in particulari conuocatione:z ad hoc agendum attenti eſſe debent tanquam potiſſi mum:qui viam ſuperandi aſſequātur:licet quod inſipientes aſſidue contra hominem ictus ſuos dirigunt: non autem verſus equum:quod ſane econuerſo agendum eſſet in principio ſaltem: quoniam dato qō eq cuperras coreas iuxta ſolitum ducant:parum eis prodeſt in defenſione obuiationis lancee:z etiā vltra hoc pro maiori parte remanent eis alique partes diſcooperte vbi poſſumus ipſos ſauciare.

¶ Quid agendum ſit dum volumus cum mucronibus coniungi. Cap.lxxv.

¶ Appropinquando cum mucronibus in manibus reparare bonum eſt:z quod manus noſtra cum po mo ſtochi veniat ad capiendum brachium dextrum aduerſantis per ſuperiorem partem: z voluendo bra chium ipſius etiam equus noſter in eo inſtanti voluendus eſt:z taliter facillime hoſtis extra ſellam attra bitur:z adhuc quandoq; ſi equum altiorem habemus poſſumus caput aduerſarij apprehendere:z equū noſtrum circumcirca diuertere. Quod ſi alter caput noſtrum apprehendit debemus ipſum aſſequi quo ius rit firmando manum noſtram in arzone ſelle illius fortiter crura noſtra prementes firmando corpus per directum ſuper ſella. Sed melius eſt manum firmiter in collo alterius imponi:z ſic non ſinit ipſum magnā vim imittere:vt dum torquz in paleſtris euitare volumus:quia manus in pectore eius poſita omnes vires ſuas impedit:quādo hoſtis vadit nos captū:debemus equum noſtrum deuoluere vt diximus volentes ip ſum extra ſellam abſtrahere. ¶ Et ſi vult enſem noſtrum extra brachium aſſumere eo tempore quo ad re parandum venit brachium noſtrum dextrum atq; latus retrocedere debet:z quod puncta manus ſtatim per inferiorem partem ad faciem hoſtis redeat:z hoc pedeſter ſepenumero fieri poteſt dum manudextrū iacimus z ipſe cum brachio ſuo ſiniſtro enſem noſtrum ſiue brachium vult capere:ſi in eo tunc brachiuz re trocedimus:z vt dictum eſt per partem inferiorem cum puncta aduerſus hoſtez reuertitur:facile eſt ei no cere aut quod dum brachium noſtrum aſſumit per eandem partem ſibi torquum ponamus vt ad caden dum ſuper tergo veniat. Et ſi diſcunatam more baſtonico iacere vult pari modo cum hac ſtocchata que libet hoſtis malicia deuaſtatur. Rurſus animaduertendum eſt quia vt facilius mucronem manus alteri⁹ eripiamus quo melius aut ſaltem facilius hoc cum manu dextera noſtra quam cum ſiniſtra fit hoc mo do dum alter aliquo ictu nos percutere vult quod brachium ipſum in quo arma ducit apprehēdamus re uoluendo noſipſos z equum ſuper ſiniſtram partem z ſi alius brachium noſtrum capere vult:nos quoq; ſuper partem ſiniſtram velociter ſimul cum equo reuoluere debemus:veluti cum paruulo pugilare fieri ſo let dum pedeſter manemus.

¶ Quo pacto equus noster gubernandus sit. Cap.lxxvi.

¶ Melior modus administrandi equum nostrum videtur: vt in primis manu sinistram supra collum equi ponimus: presertim quando equus formidat: quia vbi magis ipsum habenis tangimus peius operatur: nisi in illo quod ad precustodiam eius attinet super latera: ⁊ quod interdum calcaribus ipsum tangamus: tamen suauiter. Et donec hostis reuoluendo circumcirca cum equo suo vadit nos dūtaxat caput ⁊ anteriores pedes equi nostri euoluamus semper alterum respiciendo: ⁊ tamen quod nullum terrenum perdamus nec fere lucremur quousq; ipsum deordinari viderimus: ⁊ eodem tempore per transuersum in uadere possumus nos secum adiungendo: Qui autem cum equis saltando vadunt assidue disgubernantur seu deuiant.

¶ Cuius condictionis equus esse debeat in huiusce modi exercitio. Cap.lxxvij.

¶ Equus ad peragendum hoc exercitium dimicandi: in primis caput firmum habere debet: ne in altitudinem subleuetur cum anterioribus pedibus nec retro diffugiat: Si enim equus formidat nullo ictu deliberato possimus aduersarium attingere aut percutere vbi voluerimus tametsi ipsum inordinatum videremus: quia equus noster dum volumus non prebet locum eundi ad feriendum hostem: Oportet autem quod equum nostrum administremus dum ad alium appropinquamus ne in longum transeat: nisi quod equiparando ad groppam vel caudam alterius super ipso voluatur: ⁊ ita de facili potest tergum suum cū securitate nostra capi.

¶ Quam sit vtile viseram subleuatam habere. Cap.lxxviij.

¶ Siquis reparare nouit ⁊ hostis est valde armatus sepius vtile est habere viseram que in altum vadat eo quod anhelitus noster potius durat ⁊ melius quoq; videri potest quid faciendum sit: ⁊ fere nullum iminet periculum: aut de raro euenit: maxime si ferreas cyrotecas tenemus ad deuiandum armam alterius. Sed qui grosso modo vadunt indigent vt omnia loca optime regantur: ⁊ deinceps agant haud secus q̄ ferisabri vna inuicem tundentes. ¶ Denq; anhelitus longos nimium in decertando pedester seu equester valent: vnde oportet nosipsos exerceri vt in anhelitu valeamus: dato quod nobis a natura negatum esset.

¶ Qua de re multum differenter est decertandum: duz in albo vel grauiter armati sumus: quam si cum paucis armis ⁊ de quibusdam ictibus appropriatis duz milites grauiter armati sunt: quod pedestres: vel equestres maneant. Cap.lxxix.

¶ In hoc loco videlicet dum de certamine grauium armorum agimus: animaduertendum est: quod multum inter modos decertandi leuis armature: ⁊ grauis interest: nam cum armatura leui dum ictum contra aduersarium agimus: aut suum euitare volumus: varia de membris nostris agere possumus: tum ante eundo: ⁊ tum retrocedendo. iā super vnum latus: ⁊ iam super aliud ambulando: tum retro: ⁊ tum ante corpora plicamus: aut quocunq; nobis placet: sed tot cum armis grauibus operari non possumus: naz si corpus inclinaremus arma tantum super illam partem ponderant: vt faciliter caderemus: aut detrimē tum aliquod reciperemus: nam de duobus vnum semper eligendum est: aut ambo simul: hoc est quod dum grauiter armati sumus: super pedes semper equestres ⁊ pedestres recti stem⁹: ⁊ ambulemus: absq; aliqua inclinatione corporis: alterum siquidem est quod semper ante ambulemus: aut saltem circum circa retro vero nunquam. ¶ Et hic vt facilius quid importat intelligatur in certamine grauiuz armorum exēplum capiendum est: Si cum ijs armis forsitan pedestres congredi volumus: tale exemplum est: si i equo cum armis grauibus decertatur: oportet saltem quod caput equi nostri ad aduersarium dirigatur: si fortassis ipsum per latera: aut terga capere possemus: aut quod ipse nos non capiat: Et vlterius atque principalius fixe manendum est: aut super inimicum ruere: presertim dum equum suum su-

per nos alter impellit:quoniam si tunc habenas nos recolligeremus:aut ad partem anteriorem inquantum possemus non fortificaremur faciliter equus noster retro caderet:aut totuz vallum paulatim depderemus:z varia alia scandala super nos euenirent.¶Unde oportet quod semper cum alius equum suum ad nos impellit contra ipsum nostrum impellamus:z si alicuius ensis est och:claue:aut similium:ictum suum ejciat cum ense nostro vel aliquo brachio recipere oportet:z si alter nos expellit:nos quoqz cum velocitate z robore ipsum expellere debemus:vt retro cadat.¶Et iuxta hoc exemplum de equestribus positum cum ijs armis pedester decertandum est:Que in aliquibus idiomatibus arma alba dicūtur:deniqz in hoc certamine passim incedendum est:rectusqz super pedes manere:sub proposito nunquam retrogrediendi:namque hoc tanquam vltimum malum euitandum est:tamen quandoque retro ire potest:vt alterius ictus vitare:aut arma accomodare possit:Tandem assidue ante eundum est:aut firmiter manere si anhelare:aut quiescere volumus:Sed si in hoc termino vel in alio aduersarius expellere aut cum mucrone:vel pomo ensis nos vult percutere:quod semper valide:ac festinanter versus ipsum occurramus.oportet:vt cum brachio nostro arma eius atqz brachium deuiem⁹:z quod eum in capite in pectore vel alibi validissime percutiamus.¶In hoc loco presertim contra debiles optuma sepe est industria:pedester siue equester:quod scilicet cum manu sinistra siue pugno super pectus alterius obtuamus:z eodem instanti cū pomo ensis super caput percutiamus:nam si ensis pomum est bonum:z cum impetu obtut z magnum percusso detrimentum affert:Et pedester decertatur sepenumero cadet:z si similes ictus contra nos fieri volunt:aduersario nos in eodem instanti eum retro expellendo coniungere oportet.nam cum iuncti sumus ictum magnum agere non possumus.¶Sed hic diligenter aduertenduz est quod ita fortis veluti aduersarius est esse oportet aut fortior si possibile est.Nam quānis cum dana achia:atque cuspidibus ipsum percutiamus:parum vel nihil mali illi infertur:presertim si aliquantulum est sapiens:nam contra similes ictus magnos applicare nūquam possumus cum semper ipsum deuiat:aut ingreditur:vbi paruum ictum super ipsum agere possumus:z tales ictus:qui totus armatus in albo est:nil curat:vnde fit si retro cedimus cito aut sero capiemur si fortus aduersarius est:z ante ire vult:tunc ad palestram deueniendum est:z tibiam aduersarij si possumus accipere debemus:z tamen decet quod recte super pedes nostros declinemur:nam si inordinate declinaremus vt cadamus necesse est.¶Et hic super omnia vnum aduertas:videlicet quod priusquam certare deliberes tam fortem teipsum facias quum aduersarius est:z si in reno ita est firmiter teneas:quod sit:z si hoc non est non decertabis.Quoniam cum his armis semper debiliores perdunt aut quod debiliores in operatione sunt:nam vbi animus deficit:aut alterius vires valde timet membrorum vires nimium declinant:ita quod cum armis albis preliandum non est:nisi ita fortes simus sicut aduersarij sunt:aut esse credamus:quia si per vnum gradum alius nos expellit per duos:aut plures ipsum expellere credimus.¶Et si contingit fortiorem nobis esse:nos circumcirca cum animo claro atqz quieto ambulare oportet:vt pares:aut superiores simus:z ad hoc agendum seu ad expulsionibus hominum fortiuz resistendum:arte ipsos expellere oportet veluti in hoc libro agendo demostra ostendimus per quam viam contra fortissimas vires mediocres stare possunt si fortes inaccōmodate sunt:nōnulli achia transuersata vtuntur cum duabus manibus dum armati sunt:z eam super pectus inimici per transuersum vt ipsum expellere possint:in hoc casu aliquantulum super latus nostrum voluendum est:vt alterius corpus deuiemus z ipsum per tergum capiemus:vel quod etiam in achia vel pectus eius manus nostras firmemus:vt eum retro expellamus:Et cauendum est quod nunquam caput nostrum super tergus declinet:nam si declinat z nos aduersarius persequitur maximum est periculum.¶Et in hoc modo decertandi saltem pedester aduertendum est quod homines magne stature:super parulos maximam habent superantiam:Nam in maximo corpore vis maxima esse potest:vnde magnos faciunt ictus:z ob ponderationem seu magnitudinem corporis homines corpulentos expellere non possumus:z concesso quod plures ictus super eos adduci possint quod hoc erit si in albo armati sunt:Nam eadem est ratio:duo homines nudi pugnis aut armati armis albis cum achijs decertare volunt:nam qui fortiores super aduersarium prebet ictus preualet:Sed dum leuiter armati sumus ad occidendum inimicum vnaqueque parua vis sufficit.¶Equestres dum milites armati in albo sint:aut quod vbique tecti armis defensibilibus sint:vnusquisque debet super aduersarium ruere:vt superius visum est:presertim dum alter ictum iacit.¶Exempli gratia aduersarius punctā manudextrū:vel sinistrū adducit:eodez tpe videndū ē qō equū nostrū ante ipellam⁹:eo qō cū

brachio nostro dextro vel sinistro brachium alterius adiungamus vt arma eius capere possemus:z si cum brachio sinistro dextrum aduersarij capimus festinãter:atqz validissime equus noster super dexteram partẽ voluẽdus est:z sic cũ brachio dextro etiã dextrũ alterius apprehẽdimus:tũc ad sinistrũ latus equũ voluere debem⁹ citius:atqz fortius quã possumus:z sic necessariũ ẽ qõ alter arma deperdat:atqz si aliquãtulũ ea ī manu vult retinere cadat:z ad hũc effectũ oportet quod nimiũ cũ equo nostro igrediamur: quoniã non tantum arma alterius capienda sunt:sed z brachium:z etiam aduertendum est: quod si alius contra nos similia operari vult:festinanter brachium per partem superiorem retrocedamus: z quod cum volutione sub brachio cum estochata veniamus:aut vero cum aduersarius brachium ad capiendum nostrum extẽdit:qõ cũ sinistro nostrũ ipũz ipediam⁹:z ẽt cũ sinistro arma alteri⁹ deuiãda sunt:ſz habẽas nr̃as lõgas eẽ oporꝛet: vt supi⁹ visuz ẽ:eo qõ ī brachio sinistro misse sint. ¶ Si alter cũ brachio dextro caput nostrũ accipe vult:in eo instanti cũ sinistro nostro eundem suum apprehendere oportet recolligendo collum nostrum ad humeros:z confestim equum super partem dextram voluamus: z tunc in maximo periculo aduersarium ponere possumus:z si cum dextro brachio brachium alterius capere volumus:equum super sinistrum latus reuoluere oportet:z hoc melius est si de fronte ad frontem decertatur: quando caput alterius alter capere vult:Si equus alterius dorsum nobis voluet diligenter atque extemplo cum pomo ensis nostri super cerebrum:aut occiput aduersarij feriendum est:nam si fortiter ibi percutimus:cito super collum equi eum proijcimus:aut si hoc nolumus:aut non possumus de mallea vel de aliquo alio fuste in collo posita cum manu nostra capiendum est:vt super dorsum equi militem cadere faciamus: aut vero alio modo transiendo per latus alterius:ad eandem partem eundo ad quam ipse vadit brachium sinistrum nostrum super sinistrum alterius super cubitum per partem posteriorem ponendum est:vt ad anteriorem ipsum expellamus:z tunc etiam cum manu dextra collum alterius seu scapulam per partem dextram est capiendum attrahendo ipsum:vt ad latus sinistrum cadat:z si alter nos eodem modo apprehendit:brachium nostrum sinistrum retro diligenter trahendum est:z quod per lombos alterius capiat: Et quod etiam totum corpus per eandem viam super sellam seu super naticas reuoluatur oportet:z ad hoc aut si milia agendum:per palmas manuum semper aliquas listas de malea habere oportet:z quod almeti seu galee viseria per quam videmus tuta sit:eo quod aliqua subtilis cuspis per ipsam ingredi non possit.

¶ Quoniam dum singulari certamine pugnatur multum temporis atque loci ad aspiciendas partes:que inermes sunt habemus:z ipsas considerare possumus:nam dum plures simul in bello congrediuntur: cuz rigore preliantur:z quia vnusquisqz socios contra inimicos per omnia latera obuendo adiuuat: non datur locus quod omnia membra discooperta aspiciantur:z sic in singulari certamine de equo forti: atque magno prouidere oportet:forti vt alium expellere possit:magno vt aduersarium superet:nam qui altior est validiores ictus adducere potest:z cum mucrone ensis si subtilis est: non ad tondum modum tendentem: sed ad planum:miles si sagax est aduersarium per viseriam sepenumero ferire potest: Verumtamen in similibus prelijs vnusquisqz cum offensibilia z defensibilia scit prouideri potest:ita quod estochos seu enses experiri debent an per viseriam ingredi queant:z si ingrediuntur restringenda est: aut in alium modum si oportuerit prouidere veluti alias paruas fenestellas seu foramina ꝑ quas videre possimus:atqz anhellitum resumere:vt in locis propijs appareat: Verumtamen vt alibi aginus nullatenus aliquis qui probus vir sit:ad certamen singulare conueniri debet:nisi sub tali condictione quod vnusquisqz equum alterius occidere possit:sicut eo modo quo in cõmuni bello vtitur:z cum hac condictione tantopere armari non oportet:nam multo minor numerus armorum pedester sufficit:nam si ad brachia non deueniunt saltem in parte posteriori nil armis indigent:nec quidem coniuncti multis:nam cum amplexi sum⁹: paruos ictus agere:z per pauca loca dirigere possumus.

¶ Qualiter in quacunqz facultate manibus aut verbis attinente postquam deliberamus sine scrupulo agendum est:vt breuiter ad perfectum finem euenire possimus. Cap.lxxx.

¶ Bũ ꝺ practice agim⁹ vnũ ꝑcipue ſp obſeruãdũ ẽ:vz postq̃ ꝺtermiam⁹ qõ ſine trepidatõe vſqz ad finẽ cũ ꝺliꝫato aio agam⁹:nã cũ malũ ſine ꝓſideratõe ad op⁹ accedeꝛ:ita malũ postq̃ ī ope ſum⁹ tieꝛ noua

adducendo dubia:licet quod semper prudenter agendum sit:tamen quod finem inceptum sine intervallo assequamur:nam de his qui post initium per viam prebent aures atq; corda omnibus occurrentibus dubijs raro vel nunquam opus magnum:atq; cōmendabile perficiunt: Quocirca priusquam incipiamus quid acturi sumus sapienter discernendum est:sed postquam per verba promittimus aut ad operandum manualiter accedimus sine scrupulo animo deliberato agendum est:sed cum hoc in omnibus hominibus vltima perfectio est:postquam bonam assumpsimus deliberationem ipsam sine scrupulo assequi in paucis reperta est:eo quod rara difficillima esse solent. Et sic nullus magnus in deuotione:seu sanctitate: nullus in litteris:nullus in bello:aut in similibus reperitur:qui postquam incipit scrupulosus in via quam assumpsit est:quoniam oportet quod semper prudentia simul cum deliberato animo ambuler:nam in eo modo quod sine turbatione esse debemus:dum ea que acturi sumus iudicamus pariter dum iam operamur ea que prius ordinata erant sine turbatione agenda sint:vt finis cum principio suo conformetur. nam ordinatio operandi principium est:z executio finis. Unde fit q; si finis turbulentus:aut sine aduertentia non conformatur cum suo principio:que ordinatio sine trepidatione seu obscuritate erat. ¶ Et in hoc loco vere valde mirandum est:licet fere omnibus hominibus contingat quod vnum sciamus:z in animis nostris ordinemus ad agendum futurum:z quod postquam in ipso opere sumus aliud diuersum agamus:z tamē fere omnibus hominbus contingit:presertim in certamine armorum in quo loco super omnes alios dari z experti esse deberemus:eo quod de vltimato fine aut de ipso obseruando in eo tunc negociamur. Unde honeste petendum est cur magis ea que prius nesciueramus tunc agimus quam ea que sciebamus cum p̄ cuidubio econuerso agendum sit:nam potius quid scimus dicendum atque quomodocunq; agendū quaz id quod ignorauimus:sed quia pauci de natura atque de arte electi sunt etiam pauci dum ad opus magnuz accedunt quieto animo z deliberato ea que prius deliberata erant agunt. ¶ Et etiam hic aduertendum est quod non tantum blasphemamus eos:qui postquam ad opera manuum deuenerunt trepidant: Sed pariter:aut cum pauco discrimine quos incipiunt negociari:z conclusiones fugiunt:Tandem quod peius est plures libentissime negociationbus adherent:z tamen semper conclusiones fugiunt : z pariter in armis aliqui faciunt qua continuos rumores cum isto z cum illo querunt:Et tamen semper vltimatam de certationem armorum fugiunt:Alij vero homines sunt qui de raro ad negociandum accedunt: atque cuz quieto animo z similiter de raro ad prelium:Et tandem dum sunt deliberati animi agunt : vt ad vltimatum finem venire possint:z isti homines tantum super alios cōmendabiles in quacunq; arte siue officio in quo ponantur. ¶ Et hoc deliberatum operari postquam inceptum est non solum in hominibus:sed ēt in omnibus animalibus commendatur.

¶ Quo pacto arma esse debeant ad decertandum inter duos milites. Cap.lxxxi.

¶ Arma defensibilia ad decertandum per totum fere in grossitudine equalia esse debent: z tamen leuia: presertim in posterioribus partibus z tibijs:preterquam in spina que anterius tendit: quedam quoq; fortissima arma ad primam obuiationem deferri possunt:z taliter illigata:vt quūprimum transit incontrum seu obuiatio postmodum in vno puncto possimus ea dimittere z bonum est vnum pectus fortissimum portare quod super stomacho veniat ac super sella firmetur factum cum duabus pennis eo quod ad sellam adaptari potest:z quod etiam crura nostra cooperiat vsq; ad dimidietatem: z super hoc intelligendo a stomacho vsq; ad oculos quendam barbaronem ponere debemus qui in vulgari consuetudine bauera nominatur:z alia bauera siue barbutium potest inferius euenire:z quod cadant omnia hec tria arma superiora attrahendo de vna corrigia que fibiam habeat solutam per quam teneatur:eo quod in abstrahendo arma illa prosternantur. Similiter super capside vel galea aliqua calueria fortis deferri potest pro primo ictu:z quod galea breuis non sit eo quod deinde cum ea decertari possit. ¶ Amm aduertendum ē quod si equus ad cadendum vadit non accipiat tibias nostras sub se. Nam si homo super pedibus inueniretur veluti iam superius diximus semper erit ad resistendum contra equestrem. ¶ Nōnulli solent se alligare cum vna corrigia z quod ligamen ex pectore ad sellam veniat cuz quodam curuo siue rampino ferreo taliter facto quod eripi potest dum volunt transeunte prima obuiatione. Nihilominus periculosum ē si equus cadit aut vero si homo extra clarum sensum remanet.

¶ Qualiter decertatio super equo sit euitanda. Cap.lxxxij.

¶ Dico quidem iudicio nullus homo vallidus in mẽbroꝝ dispositione debet cũ alio equestri pliari in cõuocatiõe de vno ad vnũ:qñ ad beneficiũ equoꝝ vel brutoꝝ ponunt. At vero trãsacta obuiatiõe lanceaꝝ satis tuti remanent dũmodo optime armati sint:ꝛ tunc facile est debilẽ cõtra sortẽ tutari:precipue quũ varia infortunia ex causa equorum euenire solent hoc poterit debili prodesse:sed pedester manendo quisq; clarius valitudinem suam demonstrat.

¶ Quid faciendum sit dum iam prope hostem sumus. Cap.lxxxiij.

¶ Si quandoq; cũ aduersario ad manus deuenimus apprehensiones a longe fiende sunt ne simul cadamus:sed expediti maneamus:est autẽ perutile ex visera apprehendere ipsum declinando ꝛ qõ nos retro ambulemus corpus nostrũ quanto poterimus deviando. Si vero alter hoc modo nos acciperet caput nostrum est dirigẽdum recto tramite super pedes ꝛ quod nihil pendeat ante vel retro siue in dextrum aut sinistrum procurando ad nos coniungendum cum hoste. At dum sine armis defensibilibus sumus deveniẽ dum est quãto ꝓpinquius poterimus ne hostis cum arma sua ictum agere queat. ¶ Quũprimum duo preliantes simul iunguntur:ꝛ ad manus deuenerint palestra haud paꝝ prodesse solet. Attamen in tali tempore potissimum ẽ scire ex tibijs ꝛ bauera apprehendere ꝛ se adiuuare quando ipsum taliter hostis caper. ¶ Si nobis ex bauera apprehensionem faciunt opus ẽ qõ cũ aduersario nos coniungamus ijsdem condictionibus quas superius ediximus: Vbi autem ex tibijs apprehendimur armandum est cum eadem qua apprehensionẽ fecerit vel ex suis eum capere debemus aut vero ex furcatura:tunc enim nequit nos ex terra subleuare. ¶ Tempore prosternationis qõ supius aut inferius eamus semp ponere debemus manus aut quãlibet ex ambabus sub nostro corpore si supra aduersarium irruimus manibus ꝛ brachijs eũ cõprimere vel tãgere debemus nõ autẽ busto seu thorace. Dum enim ad vnionẽ deuenitur si quicquam sciet is qui subtus manet facile erit sibi aut plerũq; cõtinget ad voluendum superius manentem ꝛ ad ponendum ipsum inferius. ¶ Ante omnia aduertẽdum est qõ homo discat ad non cadẽdum ẽtergo aut ad minus si cadet aliquã manũ sub semetipso ferat:nam super ijsdem sese adiuuat ad vertendũ ꝛ subleuandũ. ¶ Cauẽ dum ẽ maximopere ne extensus cadat:sed recollectus ad hoc quod hostem ex tibijs apprehẽdat ꝛ de suis se adiuuet. ¶ Et ad citius huiuscemodi cognitionem adipiscendã pre ceteris conducibile est multocies luctari:tũ ambobus genibus in terra:tũ autẽ vno subleuante vnũ ꝛ ponente aliud secundum quod necessitas occurrerit:Quanq; interim hunc modũ frequentãdo hoc ẽ ponendo vtraq; genua in terra vel saltez vnuꝝ ex bonis palestritis se tutari queat ipsosq; plerũq; prosternari:Quos si ex pernis capere volet ꝓculdubio deuincet. Si vero ipse cadit solũ ponet vnam manum q̃ velimus ipsam anterius ferre aut posterius vertere:taliter qõ quicũq; in hac genuflexa palestra expertus est:precauere potest quibusq; casibus contingẽtibus qñ preliantes ad se iungendũ deuenerint ꝛ in terram ceciderint. ¶ Et insuper sepenumero pugnãdum est cũ varijs qõ vnus nunc ponatur inferius in terra ꝛ postea alius:vt decertando uter eorũ potiꝰ vãleat ad retinendũ sub se alterum ꝛ ad euadendum ab ipso dum inferius cadit ꝛ quod experiatur quomodocũq; cadere ꝛ surgere potest.

¶ De modis preliandi pedester:ꝛ in leui pugna vel conflictu quod in vulgari scaramuciare dicimus:ꝛ sepe fit causa irritandi alter alterum. Cap.lxxxiiij.

¶ In lacessionibus siue scaramucijs dum pedestres sumus parum periculi iminet quando baliste: scopece:aut bombarde:ibi non operantur:quoniam de quacũq; alia arma proiecta quisq; potest se faciliter deviare aut cooperire:dũmodo parmam aut aliam similem armam defensibilem contineamus. Sed in tali loco homo firmari non debet:ne aliqua bombardarum aut balistarum specie saucietur:ꝛ super latera eũ dum est quanto leuius atq; coopertius possibile erit.

¶ Quõ ad scaramuciã seu ad leuẽ pugnam eũdũ sit dũ eqstres manemus. Cap.lxxxv.

¶ Scaramuciando quisq; inuadens debet cum agilitate: vel exolutione hinc illinc se diuertere. Et quū hostis lanceam suam contra nos iaculari vult super eadem manu: qua ipse proijcit nos deuiare debemus dū non sumus nimiū ꝓpinqui eo quod dum aliquantulo a longe lancea vadit si exit a manu dextera supra sinistram volutur: z proiecta cum sinistra supra dexteram reuoluitur. ¶ Qui autem pedester bene euoluit z tegitur: similiter si discretus ac sagax est supra equum faciat dūmodo aliquātulo equitare sciuerit z tūc facile potest super equo operari quicquid pedester agere solebat. ¶ Sed oportet dum ad manum leuam voluimur quod crus dextrum super scita veniat reuertendo post sinistram q̄ aliter non potest nimiū euolui. Similiter darga vel parma euolui debet quanto magis infima poterit z quod per latera vadat z nō super capite nec humeris: quoniam existente parma adeo infima videre possumus quicquid alius agere voluerit z nosipsos oportuno tempore cooperire. ¶ Dum homo grauiter armatus est nequit admoduz euolui quoniam in periculo cadendi versatur. ¶ Semper autem parma reuoluenda ē ad partem in qua nobis alius nocere voler. ¶ Parma coria non debet poni nimiū iuxta personam nostram. Tunc enim q̄libet arma ipsam penetraret z nobis detrimentum inferret si aliam defensionē inferius non portam⁹: neq; procul manere debet nisi in mediocri distantia z in cōmuni loco ad respondendum omnibus partibus.

¶ Qua astutia vti debemus si nolumus obuiare nec quod alij nobis obuient dum equestres sumus. Cap. lxxxvi.

¶ Qui obuiare nolet nec quod alius sibi obuiet cum lancea vtplurimum tutum erit equum supra manū sinistrā tenere donec hostis transeat: z in eo tpe equus noster super alium voluendus ē: z hoc modo q̄ꝫuis alter obuiare vellet oportet se retinere z paulatim ambulare ad nos querendum. Quocirca licet obuiaret parum detrimenti inhiberi potest: eo magis q̄ si homo scit equū suum administrare nullo quidem pacto alius ei obuiare potest: z administratio veluti iam diximus intelligenda est.

¶ Quatenus habenda sit telorum longitudo z quod non est danda determinata mensura nisi q̄ capiēda sunt ad cōformitatē nr̄e dispositiōis z i oppositū aduersarij. Cap. lxxxvij.

¶ Mensura armoz que portaturi sumus conformāda est nostre fortitudini ac modo quo ipsa ducim⁹ atq; vtimur in tali exemplo: portamus accinctum ensem z de se est ad finē procul hostē tenendi. Sed q̄n de ꝓprietate ensis aut nostre cōsuetudinis accinctus z coopertus fertur ne nosmetipsos sauciet atq; aliū q̄ non sit ex nostra voluntate tam longus esse debet vt absq; quod discingatur a vagina extrahi z in ipsa reponi queat. Ideoq; penes hominum magnitudinem vel mēbrorum longitudinem vti debent longioribus ensibus aut breuioribus. Alia arma quibus vtimur: tum de fine: z tum de medio: q̄ꝫuis homo parue statute sit si valde fortis potest ipsa longa ducere z exercere: ita vt quisquā alter qui sit magne statute aut parum differenter. ¶ Mucro seu gladius quo interdum in hostium altercatione vti possemus edificatus ē ad scandendum panē: carnē: z huiuscemodi epulas pariterq; ad nocendum vel feriendum quando si mul manemus: z sic parvus eē debet. ¶ Pugnale de principio medio z fine fere adinuentum est ꝓ q̄ preliantes ad brachia deueniunt: z ibi de necessitate debet esse curtum vt bene ipsum operari valeamus. ¶ Et hic non ponitur mensura duoz aut triūm digitoz plus aut minus de longitudine nisi quod decenter operari possit circa locū in quo reperimur. Et quod non sit regula precise de armoz longitudine decez ter ostenditur q̄ qui ea aliquātulo longioza fert cōtra hostē superantiā habet: si nō esset: dum valde vniti vbi brachiū nō potest expeditum ictum ad feriendum adducere. Unde in tali casu pugnale quāto breui⁹ tanto melius. ¶ Ensis duaz manuum quasi longus esse debet vsq; ad nares aut oculos ipsum ducentis ne i terrā tangat cum ictibus ascendentibus aut descendentibus: licet quod qui ipsum circūuoluere scit extense operari potest absq; quod in terram tangat. ¶ Aza tam longa eē debet q̄ꝫ homo qui ipsam ducit sursum potest manum extendere. Attamen ex eo quod qui scit eā ratiōe exercere semper trahere debet cū puncta superius vel inferius aut parum vel nunquam de maza preterq̄ꝫ in modo minandi iste potest lōgā azā ducere z tunc melius. Nihilominus intelligitur quando ad singulare certamen deuenitur. Māq; inter multos simul decertātes sepe pijciunt arma q̄ habemus z ēt q̄nq; a cōto: z q̄nq; a dimidio tela capiunt.

¶ Cum armis:que deferri solent baueria siue barbutium frustum vel pars: fastidium prebet plus ceteris alijs armis spaciosaqz eē debet:z duas fenestras habere in inferiori parte barbutij:vt pectus z manus nostras:atqz equi sellam respicere possimus.Sed necesse est quod in barbutio ipsius almetti eedem fenestelle sint:z spaciosum ante mentum veniat.Si vero galea vel almettus grauis armature erit easdem quoqz fenestras habere debet sub puncta barbutij:z superius aliqua parua foramina:z quod fenestelle compagi nent se in eodem directo cum alijs de barbutio quod superius ponetur:quoniam maximum impedimen tum de barbutio:z viseria est ex causa anhelitus:non enim possumus ita durare nec nostrasmet personas cernere:z cum his fenestellis potius videre atqz anhelitum substinere possumus:in quo nullum periculuz occurrere potest: qz fenestruscule directe inferius vadunt:ita qō nulla arma venire possit ad feriendum p illud directum:z videmus quomodo arma nostra ire debeat:z quod maxima est vtilitas:continuuz aerē recentem per has fenestellas recipimus.Et similiter armam aduersarij videmus:z ex posteriori parte al metti supra collum decet optimam malliolam ferream siue lozicam habere:z quod inferius colligata sit taliter quod non possit collum detegere:z custodia ferrea seu rotella portanda est vbi pluzes iunctum pre liantur.¶ Chirotbece causa ictuum dauarum debent eē in manibus subleuate eo quod subtus poni pos sit aliquis pannus ne ferrum manus compzimat:z custodia quoqz supza cubitus:z scapularia que spalla-cei vulgariter dicuntur non debent supza humeros sedere.Sed quod nimium subleuate sint ne super ipsis sedeant:propterea quod daua non posset admodū cum ictibus tuis tormentari ipsosqz colligare debem⁹ cum dauis:atqz corrigijs ne lambe separari queant. ¶ Almettus vel cassis siue galea spaciosa esse de bet:z in altum fugere:z ferrum in summitate capitis non tangere:z lozica que per fimbriā galee venit du plicata esse debet.Quoniam sepenumero vna sola q̄uis sortis sit cito penetratur precipue i posteriori par te que dum homo declinat inter collum z tergus inermis restat: ita quod ibi prouidendum est de longa malliola z duplicata.

¶ De vna baueria siue barbutio ad leuiter armandum. Cap.cxix.

¶ Ad armandum cum armis leuibus vnum barbutium fieri debet quod veniat ad colligandum se cum collari de lambis sicuti iam superius diximus agendo de almetto:z ad posteriozem partem decet qō vna sola lamba stricta veniat veluti vnus digitus qui per collarinum inferius manens decurrat qz aliter nō pos set barbutium bene circūdari nec longius esse debet extra illam lambusculam:q̄z alia barbutia esse solent.

¶ De Galea. Cap.cxx

¶ Galea siquidem lato modo esse debet taliter quod sub ipsa barbutium ingredi possit:z ipsum barbu tium quandam corrigiam teneat vt veniat se illigatum in vno dauo:qui sub barbutio positus.Hoc modo barbutium cum capite z galea circumcirca voluetur:z collarinus curtus ac spaciosus eē debet:z cum dua bus fenestris:z quod in thorace alligetur anterius:ac posterius:z sic tutius est:q̄z lozica:quoniaz nullibi sau ciari potest.¶ Galea aliquātulum de ferreis malliolis habere debet:z quod in posteriori parte sura sit: vt collum tegat.¶ Barbutium quoqz cum fenestellis fieri potest:quādoquidem circumcirca ire potest. Sed non est ita securum neqz bonum q̄z si collarinum haberet.

¶ De armatura brachij. Cap.cxxi.

¶ Circa armaturas brachij magna est perspicacia vel animaduertentia in humeris presertim sub bra chijs:vel axillis:nāqz ictus dauarum sepissime super humeros ad feriendum veniunt: z cuspides stocho rum seu ensium ad axillas.

¶ De spaldatijs siue scapulatijs. Cap.cxxij.

¶ Armature seu scapulatia que super humeris z scapulis veniunt quãdoqz in thorace versus spinas tergi collocãde sunt: Sed non quemadmodum vniuersaliter vtuntur qz totas scapulas cooperiãt: z ibi vnuz super alio ponetur: z etiã continuo simul obuiãt: z impediuntur taliter quod pondus absqz vtilitate cõpro batur. Si vero de lãbis paruulis est faciluis tractatur. z per superiorem partem scapulatij quoddam spiculum forte per dimidium petunt. ¶ Alemani sat bene his spilatijs vtuntur nisi quod posterius nimium lata sunt: z anterius non bene cooperta. ¶ Habenda est quedam lunetta de lambis paruulis: que axillaz cooperiat: z bene cum corrigijs sint humeris illigate: z veniãt ad cooperiendum sub brachijs: z taliter lã be posite recolligi ac porrigi queant: z hoc non est impedimentum brachio: neqz in currendo aut infligẽdo lanceam: z vbi arma alba non attingunt tegendum est de optima lorica. ¶ Arma vero lenia ex omnibus partibus fortitudine indigent causa qõ sagitte z quevis alia aduersitas ab vno quoqz latere euenire solẽt.

¶ De manupla seu manutheca ferrea. Cap. cxxiij.

¶ Manupla sufficienter lata facienda est ne impedimentũ digitis prebeat: presertim digito indici neq dem arme quam in manu tenemus: z in parte lacerti quedã concauitas fieri debet ac mãutheca. nãqz ibi mãipulus ensis quiescit. Si enim ibi est rotunda: z longa manutheca manipulus non potest bene firmari z ideo laboriosum est ad tenendum ensem in manu: z per illã partem mãuthece: tum etiam super digito i dice parum de malliolis ferreis imittendum est: vt manum a punctis tutetur: ac defendat inter pollicem: z indicem aliqu ãtulo scisa ipsa manica eo quod ibi ensis incassari potest.

¶ De sinistra manupla. Cap.cxxiiij.

¶ Sinistra manupla per palmam manus aliquas listas malliolas exposcit vt telum alterius dum tempus est apprehendere queat: z in eo instanti cum dextra contra aduersarium inire debemus cum maximis ac spissis ictibus. Et chirotbece huiusmodi factionem exposcunt: vt cum lorica ad cooperiẽdum super pugno veniant in locum a quo manipulus ensis exit. Illic enim sepenumero homines cum punctis feriuntur. Iccirco in quacunqz arma offensibili dum vnus cum alio certare voluerit: z quod grauiter sint armati applicanda est quedam rotelluscula in cruce ensis siue stocchi quãdoquidẽ a puncto manu excussis nos defendunt. ¶ Manutheca tutior reperitur: aut potius iuuans de lambis: z vult esse adeo longa ex bis lambis quod desuper manipulo ensis redeat ad tangendum lacertum brachij intelligitur de digito nostro cuz longa manutheca: z quod ipsa simul cum manu aperiatur: atqz claudatur: z talis malliola: aut lambe paruule vndiqz manum tutãtur vel assecurant.

¶ De modo colligãdi vnam peciam siue frustum armorum cum alio. Cap.cxxv.

¶ Vbi vnum frustum armorum cum alio alligatur vltra clauos qui ibi ponuntur: oportet etiam aliquas fortes corrigias applicare: non tantum ex illis que cum clauis affigi solent. Verumetiam quod transeant per foramina ad substinendum vnam partem seu frustum cum alio. Hec autem illigatio exoluta est: z nõ rumpitur: z arma semper simul conseruat: z claui longe aliter se habent: quia donec perdurant fortiter retinent. Quũ autem ipsum aliquo ictu cum clauã percutimus quodcunqz frustum diuisum saltat: quod vtiqz experientia in certaminibus patet: nam paucis ictibus in pluribus partibus preliantis inermes manent: z huiuscemodi corrigie magis necessarie sunt in scapulatijs z chirotbecis qz in aliquo alio loco: bis enim locis plures ictus claua vel conto recipimus.

¶ De fimbria lorice: que naticas: z crura tegit: quam nos iuxta vulgare idioma faldam appellamus: z de gocetis supra humeros: atqz musculos aduenientibus. Cap.cxxvi.

¶ Falda q̄ sub fimbria thoracis: z brachioꝝ goceris ponit: nō oportet qō tāte magnitudinis sit vt cōiter vtuntur eo quod multū ponderis: z pauca ac fere nullam vtilitatē afferunt goceti: siue manice malliole ferree sufficit quod intus in thorace per vnam manum: vel circa cum alucis alligentur: z goceti quoqꝝ breues z satis stricti: atqꝝ illigati in loco ad quem attingunt taliter quod exoluti maneant: z superius redire nequeant ne brachium forasse discooperiatur. Si vero integrum frustū de lāba est in brachio non decet loricam habere preterq̄ vbi frustum de lāba non attingit ad cooperiendum: z si brachialectos ferreos albos non habemus lorica vsqꝝ ad manum attingere debet: z ibi manica stricta: ac lata sit in axilla. vt alie fortes lunette possint sub istis manicis: z in ipsis sutis manere.

¶ De factione falde siue fimbrie loricе: vel malliole ferree. Cap. cxxvij.

¶ Faldam non oportet esse magnā: z tutior ē dum thoraci applicata vel suta: nāqꝝ isto modo licet homo declinet lumbi eius cooperti remanent: Quod non fit si succincta fuerit: z per interiorem partez ipsius falde aliud frustum lorice forte applicandum est vt lumbus naticas contineat: z q̄ per infra aut dimidiuꝝ tibiaꝝ transeat inguines tegendo: z vsqꝝ ad vmbilicum per anteriorē partem attingat: z ibi cum alutis alligādum est: z hec falda siue bracha inferiores partes regit. nec vllum impedimentum affert. ¶ Mā alia falda: sepe subleuatur quāobrem male tuta efficitur. Theotonici valde vtuntur his brachis: que parum ponderant z vtiles sunt.

¶ De altera leui armatura ad decertādum. Cap. cxxviij.

¶ Ad decertādum leuiter armati tāto quod sufficienter firmus sit thoraꝝ in qua resta ponitur in alijs locis non oportet q̄ grossa sit: z resta in qua lācea ire solet duplicari queat. ¶ Chirothece super manibus ꝓpter ictus dauaꝝ alte euenire debent. ¶ Custodie cubitorum eleuate sunt agende similiter scapulatium in altitudine super humeris ne cum ictibus detrimentum in eis inferat quatenus iam superius explicauimus: z quod in parte posteriori non sint adeo pauperes seu breues: vt vno ictu scapulam siue brachium detegāt. ¶ Et sub brachio in axillis lunette taliter faciēde sunt quod sint thoraci alligate aut veniāt i axillis armature lābee qō recolligaī z extēdaī. Taliter ēt scapulatia fieri possunt cū toto brachiali vsqꝝ ad manū z qō p cubitū feneſtelle sint: vt brachiū circūcarca reuoluaī. Hec vero brachialia nimiū grauia: atqꝝ inagilia sunt. Quocirca melius est illas paucas lābas super brachio poni: vt porrigi ac recolligi possint. ¶ Alia loca in quibus aliquid est discoopertum semper cum optima malliola ferrea sunt tegēda veluti ante cubitum: z sub naticis atqꝝ inguinibus. Almettus vero spacioſus esse debet: z qō in altū fugiat ac p totū circū circa cerā posita ne ictus sentiant neqꝝ rumorē faciāt in capite spacio qō ineſt ex viſera vsqꝝ ad barbā: aut vero puncta ipsius viſerie parūper sup rotūdo faciēda ē fodra almetti maxime ad iustrādū debet esse bene scissa vel incauata supra aures: eo qō libere maneāt ad audiēdū: z ob hāc causaꝝ fodra nō debet ipsas tāgeī. ¶ Pro ꝓio ictu solēt arma vario modo facta portari veluti clypeus siue scutum: z rote quādoqꝝ succincte in persona: z aliquādo in anteriori arzone illigate tali modo: q̄ possit ipsas dimittere vt cadant trāseunte primo incōtro. Et incontrum dicimus eo quod vnus contra alium ad obuiādum venit. Be huiuscemodi vero armis indies alia plura innouātur. ¶ Si equestres pugnam inimus ꝓsertim vnus solus cum alio in armandis equis maximopere est aduertendum dūmodo pactio sit quod equi occidi possint: z causa obuiationis potius in anteriori parte armandi sunt. Et ibi super ferrea testera quam equus in frōte portat bonum est aliam leuissimam ac parvulam applicare: que cum incontro facillime dirui potest: z i occipitio seu nucca capitis equi vna rotuscula ferrea sit que voluatur ꝓpter ictus dauarum: z in collo ad partem sinistram alique lambe seu frusta ferrea: que faciliter cum incontro leuentur: qui enim equum aduersarij sauciare volet ipsum cum lancea ex auricula ad scapulam designat: z adhuc ferme prope auriculaꝝ nāqꝝ i aliqua pte colli cuspis lācee sortiri pōt: vel ante scapulā: vel ifra sellā seu in cōcauitate p quā tibie hominis vadāt: z illa pars in qua crura nostra manēt cōmuniter inermis restat: qō vtiqꝝ maximū esset periculum. Iccirco in parte illa cum stoccho: vel alio mucrone ictus ꝓpiciendus est: z sic cū lorica plures par

tes equi armande sunt maxime inferiores licet hoc magis appropietur ad eundū inter pedestres. ¶ Si quisquā vult arma levia ac tuta: agere oportet oino ferrū sine calibe optimum assumere. ¶ In spruco germanie civitate optimā ferrum: z calibs invenitur. Ideo illic magistri dant ad experiendum arma cū balistis: z vulgariter dicitur q̄ talis temperies causetur ꝓpter vnā aquā per loca illa trāseuntē. Sed in rei veritate cum quacunq; aqua frigida temperāt: z visa bonitate illius ferri aliqui experiri voluerunt ad faciendum thoracē resistentem sclopetis: que species bombardaꝝ parvula est: z re ipsa compertū: Nihilomin⁹ oportet ponere cultrā bombicea z telā nimium sutam super thoracē. Būq; madefit fortior redditur: licet talis armatura gravis sit secundum quod alemani deferre solent: non autem secundum quod itali aut galli: z hec armatura per omnes partes fortis esse debet. ¶ Nunc vero in italia fere adeo bona arma fiunt sicut z in spruco: Quāquā arma nuper ex germania ortum habuerit: z postq̄ de natura bona z optime apparata fuerint maius secretum consistit in contundēdo nimiū arma quando iam frigida sunt: z quod forte temperamen prebeant: tamen quod non rumpantur: sed maneant tanq̄ aliquod ferrū sagitte teli: z horum similium: que neq; rumpuntur: neq; duplicantur. ¶ In tempore quo ego cōponebam hoc opus. dux Sigismundus de austria: Galeacius de sancto severino: z Clandius de voldre natione burgūdius nimiū in inquirendis diversis generibus armorum negociabant: ante ipsos vero fere omnes armigeri vno z eodem modo armabantur presertim de armis indutivis: hi tres illustres viri multa nova arma invenerunt tā pedestribus: quam equestribus attinentia: z non tantū diversa imo vtilima. ¶ Et q̄ parum post galli ingressi sunt Italiā ad debellandum regnum Neapolis: z ducatum Mediolani. ad hanc debellationem plures germani: z hyspani concurrerunt: taliter quod iam in diebus istis arma diversa fiunt: atq; optima: prius enim arma defensibilia in spruco facta tātum fortissima erant cā temperationis: z q̄ patiebāt ipsam nimium super frigidum dum tā formā ceperāt: nunc vero hoc z illud in pluribus locis scitur. Invēto res tamen istius bonitatis dux Sigismundus fuit primus: z secundus Galeacius de sancto severino.

¶ De brachiera vel modo iaculādi vniversaliter assumpto. Cap. cxxix.

¶ Brachiera hyspano idiomate pro quocunq; genere proijciendi cum brachio intelligitur: z brachieria z brazear vocamus dum ū actu iaculamur: z in modo iaculandi pauca est differētia ex vno telo ad aliud. Sed qui sine ratione aut arte operatur in qualibet specie proijciendi tanquā rudis reperitur z in iaculatione principalius cavendum ne in sinistro latere pendeamus dum volumus expellere telum: lapidē: aut aliā armā: z magna volta fienda est per latus dextrum in parte posteriori: z anterius exire oportet recto tramite: z neq; caput: neq; brachium i sinistra parte declināduz ne mala consuetudo assumatur: z ex hoc super dextero latere parumper pendere debet. Ideo quotiescunq; bene proijcimus aliquam fatigam in dextero latere sentimus: z quando arma in sinistrum voluitur parum potest ire telum quod nos dardum nuncupamus: z lācea semper alta ire debet. Unde oportet quod brachium in puncto expeditionis altum reflet quanto possibilius erit: atq; dissolutissime expediatur. ¶ Quelibet arma quum expellitur petit quod brachium sursum tendat preter vectem ferreum qui magis infimus: z iuxta latus ire debet ferme eodem modo quo pilam abstrahimus dum ipsa ludimus: z tamen in proijciendo extollendum est brachium: atq; arma ab ipso excussa.

¶ De lapide volatili seu missili. Cap. cxxx

¶ Lapis volatilis quem nos volanderam appellamus: indiget quod brachium extensuz vadat: attamē satis demissum: tū ēt quod dextex latus declinet ne sinat lapidem in sinistrā partem dirigi.

¶ De telo quod vulgariter dardum nominamus. Cap. cxxxi.

¶ Dardum non debet ita in altū ire sicut lācea quāquam potius in altum sit iaculandum: q̄ parvus lapis: Sz brachiū oportet nimiū excuti: z directe remāere: z ōbēt ire sub hasta digiti pauli: z alter ꝓpiqu⁹ ō corde vocat quēadmodū i lācea fit: vel i alijs armis iaculādi: alij duo digiti debēt abiētum sive alutā ad

ꝓijciendum tenere simul cum pollice:z potissimū maiusqz secretū ad telū iaculandum consistit in hoc qđ dum a manu ipsuz expellere volumus oēs quinqz digiti fixi remaneant scilicet quod nō aperiantur dilatē tur nequidem extollantur z brachium nullo pacto plicetur. Sed quanto poterit directum maneat: z hoc modo semper telum bene iacitur:z pariter quelibet alia arma apta ad ꝓijciendum exquirit vt semper fi xos digitos teneamus.

¶ De lancea Cap.cxxxij

¶ Lāceam fere directam super humero iaculari debemus qꝫuis super dextro latere sit paululū declinna da:z duobus digitis videlicet pollice:atqz indice astrungenda: Alij vero digiti leuiter debent apprehēde re:z ad preseruandum armam attendere.

¶ De principali fundamento ad iaculandum lanceam:telum:z vectem. Cap.cxxxiij.

¶ Potissimum fundamentum iaculandi lanceam:telum:ac vectem:paucis verbis explicabitur:qꝫuis ali bi in quoquomodo aliter scripserimus. ¶ Vt pulchrum videatur z quod homo diso'uatur gīnetta:seu lā cea apta ad iaculandū postulat:vt cū furia maxima ad signum deueniamus i quo pedes firmaturi sum⁹: z recte curramus neqz ad dexterā:neqz ad sinistrā deuiantes. Vt vero videndum est:quod pes dexter non remaneat nimiuz post sinistrum:nisi equalis inquantum pōt super latus dextrum deuiatum:z tunc nō per mittit quod brachium supza caput ad sinistram partem voluatur: Qđ pessimum est in modo ꝓijciendi z etiam hoc agit quod torā vim in manu brachio:alijsqz necessarijs siue opoztunis locis ponamus:nō de bemus attendere ad exeundum cum arma nisi ad manendum erecti:z parumper super brachio dextro: z tamen qđ ipsum latus subleuatuz quātum pōt maneat:z fortiter anterius sinistrum pedem affirmemus. Verū etenim propter ipetū quem ducimus dū ad signū currimus decet qđ post lanceā aliquando exea mus. Sed ad firmādū sinistrū pedē veluti iam exposuimus cum pauca furia extra signū exit. Hic autem aduertendū est qđ pes dexter cū parte supioꝛi siue impegne verrēdo per terrā vadat:z nō obseruādo hāc regulā nemo potest esse bonus iaculatoꝛ de lancea:telo:neqdem de paruo lapide seu volatili:z vectis vult qđ fere vnus pes ita anterius sicut alter maneat:z similiter lapis grossus qđ hyspano idiomate schinam vocamus. ¶ Etiā i lancea aīaduertēdum ē:qđ pes dexter fere tantū anterius vadat:quātū z sinister: ac deuiatus:quāto poterit ꝑ euitando:ne brachiū supza caput vadat:sed super latere⁹ deuierur: z hec ē cā qđ multi bene equestres iaculanť:pedestres vero paꝛ:quippe qđ equitādo equales pedes ducunt ita qđ nullū hñt locū subleuādi brachiū:supza caput qđ vtiqz i magnū z in cōem errorē inter illos:qꝫiaculanť existimo.

¶ Quomodo lanceam iaculari debent illi q paucā vim in manibus habent. Cap.cxxxiiij.

¶ Qui paucā vim in manibus possident perutile est mittere lāceā in dimidio duoꝛū digitoꝛū lōgioꝛum: z sic maius robur in manu applicari potest. Sed melius est:vt cōiter lācea accipitur:qđ digitus paruulus: z alius siue vicinus sub hasta maneāt:z qđ lācea bene intra manum ingrediatur taliter qđ cum grossioꝛi, bus articulis digitoꝛ apprehendatur:z digitus pollex super hastā trāseat quātum potest semper se i altū: vel ad posterioꝛē partē haste dirigēdo:z hoc paucā vim in manu habētib⁹ attinet pariter: z oībus dum modo cū ligno duro iaculemur. Sed ꝓijciēdo cum lācea tenera cōpetit parū esse in manu posita quoniā cum punctis digitoꝛū preseruare:vel guidare debet leuiter ipsam in altitudinem eijciendo:z solū sunt astri gendi pollex:z index dū aliquā hastā iaculamur precipue in eo instāti quo ipsam a manu expellimus.

¶ De lapide grosso:qui ab hyspāis schina vocatur. Cap.cxxxv.

¶ Lapis grossus siue schina super humeris iacit:z decet quod super dextero latere maximā voltā pbea mus:z brachiū in sublimi dimittamus:quūqz a mānu lapis exit non debemus post ipsum ire:z super genua inclinare nos oportet ac parūper in sinistrā partem ne retro schinā exeamus.

¶ De stipula siue baculo qui ab hyspanis variglia nominatur. Cap. cxxxvi.

¶ Baculus seu stipula sub brachio proijcienda est quemadmodum paruus lapis: z quod digiti fortiter astringantur exercendo totum brachium presertim digitos: z semper pollex z index firmiter maneant.

¶ De modo iaculandi lanceam dum equestres sumus. Cap. cxxxvij.

¶ Ad iaculandum lanceam dum equestres sumus crura nostra fortiter astringenda sunt: z magnum girum facere oportet: z postmodum in tempore expulsionis teli siue haste erecto modo super stapha manẽdum est: z quod non eamus in sinistrum latus neqz in collum equi nisi quod fere super arzone anteriori directi maneamus: nam si ad posteriorem rediremus paucam vim ponere possumus: z ad collum eundo iferius lancea reprimitur.

¶ Quo staffe manere debent ad iaculandum lanceã dũ equestres sumus. Cap. cxxxviij.

¶ Ad iaculandum dum equestres sumus staffe fere equales in longitudine esse debent: z quod staffa sinistra ante cingulam vadat sinistrum autem retro causa firmandi super sinistro pede vt de modo ꝓijciẽdi pedester iam exposuimus: licet defatigetur ad eundum super anteriori arzone dum lanceaz iaculari volumus causa quod tibia sinistra nos retinet. Sed agit quod omnes vires nostras imittam⁹: z vlterius nõ concedit nos diuertere ad sinistrum latus quod esset pluries si staffa sinistra longior q̃z dextera esset.

¶ Quo pacto sella in equo ad ꝓijciendũ ordinanda sit. Cap. cxxxix.

¶ Sella ad proijciendum super equo aliquãtulo anterius vult pendere: aut vero quod directa maneat: z spacioſa sit: que z altos arzones petit: ¶ Facilius est ad nos subleuandum proijcere volentes dum anteri⁹ pender. Sed si vires: atqz animus nobis sufficiunt vt super posteriori arzone vel groppa equi reuolnamur z postmodum ad expediendũ in arzonem anteriorem nos erigamus: melius erit ꝙ sella directa vel equalis super equo assistat: At dum anterius pendet facilius homo subleuatur: attamen aliquãtulo minus ꝓijcit. ¶ Ad iaciendum cum funda brachium valde extensum eẽ debet. Sed etiam funda brachiũ destruit ad alias res proijciendas.

¶ Remedium contra dolores brachij dum ex causa iaculandi dolet. Cap. cxl.

¶ Plura inueniuntur: que aliquod remedium prestant brachio dum causa iaculationis dolet. Raro tamen precaueri potest: Si ipsum non sinimus multo tempore acquiescere: Sed ex continuatione medicina vtilior videtur parui impedimenti vt manum in aliquo loco affirmemus: z totuz corpus super brachio per directum ponamus: Et hoc quanto citius fit tanto vtilius quum ictum sinimus. Preterea assidue brachium calidis pannis fricando: z cum aqua vite diluendo dolor aufertur: z lassitudo abijcitur: z hoc modo brachium sustinet ita quod sepius proijcere possumus: ¶ Sed multo melius vngendo brachium cuz adipe hircino: ceruino: arietino: aut bouino: ex hoc enim valde confortantur omnes nerui eo magis quãdo dolor per aliquem ictum: aut frigiditatem euenit: z hoc remedium contra quãcunqz lassitudinez membrorum adiuuat precipue contra debilitatem z frigiditatem neruorum: z sic qui tali vnctione vti volet nunq̃ causa iaculationis dolorem in brachio habebit.

¶ Documentum in leuitate. Cap. cxli.

¶ Omnes artes leuitatis in vno precipuo conformantur hoc est ꝙ semper in actibus leuitatum mẽbra nostra subleuemus imittendo vim nostrã in humeris: z pectore: quũqz operari incipimus velociter agendũ est sicut z in alijs rebus: z quod cogitemus quo ire volebamus q̃uis attingere non possemus: Quia

enim periculum ē velle redire postq̃ incipimus nostrum pāmū intentū non assequi.

¶Quatenus volte siue giri in equo fieri debeant. Cap.cxliij.

¶Euolutiones super equo semper ita in altū venire debent sicut brachiū nostrū longū erit. Quippe qō aliter magni giri fieri nequeūt:nec aspectui placidi erūt:z totū corpus recollectuz ire debet etiam qō super brachio sinistro equaliter siue in dextro ponatur:z tibie adeo alte:vt caput in girū vadant.¶In voltis ponendo nos supra sellaz cū pedibus pomata peregrina remontata:z maura continent viā ex omnibus voltis.Ideoqz ad substinendam leuitatē sufficit quod has voltas:vel giros interdum faciamus. De nominibus vero istarum voltarum in locis suis aliquid explicabimus.

¶De euolutionibus que super equo vel sella cōiter fieri solēt. Cap.cxliij.

¶De voltis que super equo fieri solent nonnullas maiores hic edicere decreuimus:tū z ea q̃ visui melio ra apparent:Quoniā aūt hic in circulationibus nos vulgaribus nominibus vtimur paucas expositiones adducemus.Plura enīz ex ijs potius ad beneplacitū q̃ ad conformitatē dicta sunt.Attamē aliqua sunt que ab auctorū cognominibus nomina assumūt:z nos quoqz alia plura huiuscemodi nomina posuimus. Tādez ad intelligēdas voltas decet qō tripudiare:vel girare super sella sciamus.Quod hyspano idioma te volteare dicitur:z volta gir⁹ latino sermone dici posset vel concedi.Dicimus enim voluo euoluo:z reuol uo atqz similia verba.

¶Initio voltaz de arzone anteriori cū manu sinistra apprehendendū est:z quod super sella cū pedibus bereamus corpus eodem instanti in altum erigendo.

¶Trāsacta accipiendo ex anteriori arzone:z ad aliud lat⁹ equi trāsmigrare:z qō corp⁹ sellā nō tāgat.

¶Dimidia pomata ō posteriori arzone cum manu sinistra:z dextera super groppa equi veniat:z quod equiratum in sellam eamus.

¶Dimidia mamia quam alij rotatam vocant accipiendo ex posteriori arzone:z quod super sella versus groppam equitemue.

¶Baldassina ab auctore baldassino denominata eiusdem volte cum dimidia mamia est nisi quod econ uerso per dexteram partem equi fit.

¶Tota pomata apprehendendo cum manu sinistra:z qō veniamus ad equitandum in sella cum amba bus tibijs ad vnum latus quemadmodum mulieres super equo sedere solent.

¶Volta staffilis cum vna manu:z ambabus assumendo cum manu sinistra ex staffili:z altera manus super arzone posteriori tangat:z corpus nostrū super sella girū faciat:z ad terrā redeat vbi prius eram⁹.

¶Tornus vel girus de quocunque arzone anteriori scilicet:z posteriori q̃ super sella eamus rursus ad ter ram cum volta redeundo.

¶Volta de crinibus dicitur dum manus sinistra circa dimidium colli equi per paucos crines apprehen dat:z altera manus dimidiū selle tangat:z corpus cū giro super anteriori arzone ad terram veniat.

¶Volta de pugno nominatur dum pugnum super cooperta selle in latus ponimus:z non accipiēdo ali quid cum manu quod girum faciamus qui vulgariter tornus nuncupatur.

¶Ultram staffe vocamus dum staffa inferior alueo equi venit:z mittendo intus in ipsa sinistram manuz girum vel tornum facianus.

¶Volta de aluta fit dum vnus equester super sella manet:z alter per alutaz suarū calligaz assumit:z cū dextera manu super brachio equitantis tāgit:z gīz super humero equitantis agit in terraz reuertēdo.

¶Peregrina agitur transeundo vltra dimidiam mamiam:z q̃ non tangendo sellam nisi manibus tan tum totum corpus cum giro in dexteram partem equi vadat cum pedibus in terrā.

¶Tota mamia initio ire debet sicuti in peregrina continet:z equitatū cū sinistris tibijs redire:z quod vi sus in anteriori parte remaneat.¶In italia itidez alio modo totam mamiam vocant:Que tamen volta satis parua est:quoniam de duobus ictibus vel temporibus fit:z hec est faciendo dimidiam mamiam q̃ genu sinistrū super collo equi veniat:z pes ad sinistram partē transeat:z tūc volteator facillime redire po

test ad equitandum cum pede dextero in sella cum facie ad anteriorem partez: Qui vero agit remontatā de arzone anteriori:ac posteriori absqz quod tangat collum equi:z cum tomo postquam transit in sellam aut in groppam redit ad equitandum facillime hanc mamiam quam diximus agere potest.

¶Dimidia moza appellat trāseūdo vltra totā pōatā:z qō cū tibia sinistra i posteriori pte caballi egte m°. ¶Et dimidia moza ac tota moza cā Ludouici sphortie Mediolani ducis ita nūcupat. Ipse enim maurus cognominatus est.

¶Tota moza per eandem viam vt dimidia moza vadit:nihilominus ambabus tibijs in sinistra parte equi ad sedendum transmigrat.

¶Legiera sine leuis simili modo quo dimidia mamia fit nisi qō oportet corpus adeo in altum tendere quod pedes super sella ponantur:z tunc homo in altum erigatur.

¶Baleacia respectu Baleacij sanseuerinatis aut simul cum ipso facta:z ita nucupata:tanquam dimidia mamia duplicata est q bis circūcirca vadat anteqz sella tangatur:preterqz manibus nequidem firmet:z posterius cum facie equitetur.

¶Volta ō medina a medina auctore scā ē accipiēdo staffile cū sola manu dextra:z quod fiat volta in reuersum fere quēadmodū saltus sclauonescus:z periculosus sit nisi qō homo vadit supra sellam:z cuz giro in terram reuertitur:tametsi non totaliter super sellam transeat nisi pedes duntaxat aut tibie.

¶Cimata agit apprehēdēdo per posteriorē arzonē:z q pedes p eundē in sellā igrediant:atqz erecti illic maneamus cum facie erga anteriorem partem.

¶Volta capriola vocatur de eadem apprehensione veluti cimata:z quod in dexteram partem equi transeamus:z deinceps pedes supra sellam ponantur:aut inferius deueniamus ac si totam pomatam agerem⁹ nisi quod tota persona erecta debet prosequi.

¶Alique volte damicelle sive dela dama fiunt dum homo assistit in groppa equi quemadmodum dimidia pomata:z passa volta:que est vt transire pedes per dimidium selle in alterum latus:z quod ad totam pomatam sessurus regrediatur. Etiam de hac apprehensione equitare:z transire per dimidum selle ad alteram partem vtuntur:Sed hoc facile est.

¶Groppata per dexteram partem equi apprehenditur:z q corpus supra sellam cum giro veniat:z cuz pedibus super groppa mittatur.

¶Arzonata q firmiter manendo: aut per transuersum currendo veniamus manibus apprehenditur in ambobus arzonibus:z in alia parte per dimidium saltatur.

¶Volta remontata de quocūqz arzone aut staffili venire debet veluti dū tomū a veniēdo ex terra ager volumus.Sed altius ac magis super sella corpus ire debet:vt locū habeamus dū trāsimus totū equum q iterū equitare valeamus:Bū vero de anteriori arzone:aut staffili accipim⁹ i sella equitādū ē cū visu in anteriori parte:z de arzone posteriori assumendo in groppam redire debemus hoc autē facilius agitur.

¶Montesina vocatur dū per viā remontatā venimus:z ad alterā ptē equi trāsimus:z qō non tangat sella:nisi cū manibus. ¶Hec aūt volta mihi difficilis erat:nescio tamen pro alijs leuioribus qualis fuisset si forte ipsam fecissent. Cū cursu sella duabus manibus apprehendit:z veniendo per posteriorem ptē equi sellaz super equo ponamus eodē instāti pedibus supra ipsam saltādo altera vero q veniat currēdo:z mittat vna manus tātū desuper groppaz pedibus super sellā saliēdo.nā parua ē volta cū ambabus manibus.

¶Sclauonesca aut q de collo vocetur fit dum vnus in sella manet:z alter currendo venit ac simul manus:z caput super groppa mittat:z quod eius tibie supra humeros equitantis vadāt:z alter ipsas capiat:z tunc super collo manentis in sella alter sedet.

¶Volta humeri fit veniendo in cursu quod cito pedes:z manus super groppa ponantur pariterqz super humeris equitantis in eo instanti absqz intervallo pedibus:ac manibus saltemus simul nos erigentes z ad terram saltantes:nec decet innuti in humeris alterius nequidē in pte posteriori cū pedibus nostris nisi quod in altitudinem ire conemur vt saltare possimus:z non defatigemus manentem in sella.

¶De quibusdam voltis que fieri solent dum equus currit. Cap.cxliij.

¶Bū equestres currimus aliquibus voltis vtimur.Sed hic de fortioribus sive maioribus tātum dice-

mus:z volte tales sunt quod homo in sella cū pedibus ponaṫ ac directe maneat currente equo:z ad hoc valde directus homo ipse manere debet ne alicubi pendeat genua retro astringendo quātuz poterit:z qō manus habenas habeat ipsas suauiter attrahendo semperqz vno modo absqz intervallo. ¶Et quum equum firmare voluerit tibias aperiat:z in sella sedeat. ¶Alia volta fit dum equestres sumus ponendo tibiam supra staffile sinistrū:z staffa retro post tibiam veniat ad se ponendū in pede cā quod staffile locū prebeat:vt tibia voluatur:z equitare possimus:z tūc currente equo attrahenda est tibia dextera super collo equi:z faciem nostrā in sinistro latere vertamus:z cum giro super illa staffa sinistra sola in sellā ad equitādū recto modo redeundū est:z quod tibia dextera super posteriori arzone ad equitādū ingrediatur. ¶Tuz:z alia satis facilioz fieri potest in qua homo non voluitur nisi quod tibia dextera super anterioi arzone ac per dimidiū alterius tibie nostre:z lateris equi trāsit:z per posteriozem partem itez ad equitandum reuertitur. ¶Ad volteandum perutile est hominem exponi:vt in consuetudine aliquas voltas habeat. Quemadmodum de cimata capziola leui siue legiera:que nimiū personam nostram alleuiant. ¶Peregrina remōtata:z alie volte:que per hāc viā vadūt docēt sup brachia sustinere:z volta staffilis ō pomo:z arzone āterioi. ¶Et volta ō crinibus:z pugno infert animū vt homo sup sella i terrā voluaṫ.

¶Quam viam volte magne obseruare debent:z que earum petit vim in vno brachio:z que in alio. Cap.cxlv.

¶Quemadmodū dimidia moza:z tota moza p viā totius pomate vadūt: Has quatuoz:quas appellamus dimidiā pomatā:totā pomatā:dimidiā mozā:ac totā mozā oportet vt quātū possumus i sinistro brachio sustētemus. Ideoqz in primo saltu adeo in altū ascendere debemus quod brachiū directū: ac rigidū maneat quia aliter plicatur dū in voltā imus super brachio:z non possumus ipsam perficere. Et i his quatuoz voltis parū de viribus dextri brachij curamus nisi inquantum cū dextera manu fortiter in sellaz: vel groppam damus. Proinde vero super sinistro sustentamur. ¶Allie quatuoz volte sicuti peregrina tota mania galeatia ac remontata in dextrū brachiū vadūt nec oportet ipsum mouere quousqz volta finiatur vel iā ad cōplendū ipsaz accedimus:z manus sinistra:z brachiū extensum directum restare debet: vt super pugnuz ire possimus. ¶Et ad faciendum totā maniā:z galeaciā decet talē fantaliā habere eūdi scilicet priuś ad peregrinā. ¶Ad mozā vero faciēdā primo ad totā pomatā intentio nostra dirigenda est. ¶Et dū remontatā agere volumus voltā staffilis respicere debemus:quāquā magis supra equū deueniendo sit:atqz altius quādoquidē cū altitudine reperitur opoztunitas veniendi quocūqz voluerimus: nam si infimi imus non est locus agendi magnā vel longā voltā quia cito selle obuiamus: aut tantopere infimi restamus quod brachia nos tollerare ac sustinere nequeūt nequidē quo ire voluerimus deportare.

¶De voltis damicelle:siue dame. Cap.cxlvi.

¶In voltis damicelle homo debet pedes quātū poterit sublevare plicādo se per cinctura in anteriori pte cā quod caput declinet supra collū equi pedibus nostris per sellā trāseuntibus:z i tempore sessionis coz poza nostra erigēda sunt erga illū q sup groppa sedet. ¶In quibusqz voltis cōpetit qō brachiū sinistrū directum:z in nullam partem equum vel staffile attrahat. Neqz est plicandum cozpus:z postquam super sella:vel brachio sumus in vno solo ac firmo modo totam voltam pertransire debemus.
¶Animaduertas quod tātū quātū in vno solo ictu nō tāgendo sellā nequidē inter arzones ingredi nisi cū manibus tātū girū vocatur sed dū natice siue coxe sunt iam inter arzones quāuis homo circumcirca revoluaṫ non est amplius volta:quoniā cū cubitis brachiorū:z naticis vadit tangendo per ipsam sellā:atqz assumendo nouā vim:z similis modus girandi non vocatur vna volta tātū:nisi due aut tres in varijs ictibus factis. Quocirca in ea mensura quātū est longū brachiū in eadē decet:vt cozpus vadat in altū girando super sellā:z quod de altitudine veniat ad sedendū:vbi firmari vult:nam qui infimi vadūt cespitando cū cubitis:genibus:z naticis per sellā non faciūt voltas vere denomiatas: sed tripudiationes aliqualiter ad similitudinē voltarū vt pueri facere solent:z hic sepenumero magna deceptio est:quia sedēt cū naticis z in eo instanti tollunt tibias:z girant circumcirca vnde circa inexpertos transit per voltam. Quale causa

semper girationes debēt fieri tantum alte quantum brachia nostra sunt: ⁊ in hoc modo nulla sit deceptio: Quoniam manifeste apparet vbi vnusquisq; attingit in vno solo ictu.

¶ De modo saltandi iunctis pedibus. Cap. cxlvij.

¶ Saltādo iunctis pedibus debemus lapides in manibus accipere: ⁊ quātū possumus in altitudinem subleuemur: ⁊ in vltimo saltu lapides inferius siue in terra fortiter ejciendi sunt. Si aūt homo cū cursu venit magna velocitate esse debet: Et quū ad signū venit in altū extollatur. Cauendū é aūt quin per lumbos aliquid plicetur. Et hoc modo est eūdū licet plures saltus faciamus vt ipsos conseruare possimus. Quia si corpus plicaremus aut supra genu declinaremus non possimus magnos saltus agere nec plures conseruare. Et dū vnū saltuz currendo agimus ad signum impetuose deuenieudū est: presertim per quatuor: vel quinq; postremos passus sed nollent esse longi: ⁊ quū vnus pes i meta firmetur alter quātū potest in altū tollendus est: vt ipsum alter insequatur: nāq; aliter infime saltatur ne tamen retro remaneat pes qui in aere inuenitur poni debet anterius quātū poterit. ¶ Retinere anhelitum in quocūq; saltu: ⁊ modo proijciendi bonū est: ⁊ quod vis ⁊ velocitas semper in altitudinē nitatur. ¶ Saltus cursus vult vnū lapidē fixū in terra qui sit altitudinis duorum palmoz in quo pes firmetur. ¶ Ad saliendum cū baculo debemus ipsum fortiter restringere: ⁊ quod totis viribus in brachijs: ⁊ manibus innitamur sup ipo baculo nos firmantes. ¶ Ad saliendum duobus passibus: ⁊ vno saltu tibie satis aperiende sunt: ⁊ quod in altū eamus. ¶ Et in vno solo saltu cū baculo vnus pes tātū i signo ponēdus é deinde quod ambo simul vadant. ¶ Et vnum precipue in omnibus modis saliēdi: atq; currendi animaduertēdū est: q nimium brachia simul cū tibijs super partem anteriorē corrigank: atq; tollātur. nā si cū tibijs sublenare nos volumus: ⁊ manus coniuncte lateribus: aut pectoribus remanēt: parum nos subleuare possumus grauiter imus: ⁊ paruū passuz seu saltū agimus. Quocirca dū saltatur in quocunq; saltu brachia porrigenda sunt ad partē anteriorē: ⁊ necesse est in altitudine vadāt quātū possibile erit: ⁊ pedes siue tibie ipsa brachia assequi tenētur: ⁊ dum currimus idē ordo obseruandus est vt nimiū totū corpus dissolutum fiat: seu dissoltum: vt in vulgari hyspano dicī: Quoniā nullū aial potest nimū saltare: vel currere nequidē volare si pedes anteriores: seu brachia: vel ale nimiū nō extendunt: ⁊ si ad partem posteriorē saltare volumus: veluti pedib⁹ iūctis ēt ad posteriorez ptē brachia sunt porrigēda: ⁊ tamē q caput nil super tergū declinet: sz qō semp sup ptē anteriorem remaneat. ¶ Vnū eniz tāquā potissimū i oibus generibus saliēdi obseruādū é videlicet qō corpus de primo ad vltimū dū subleuatū vadit quo ad vires conet seipsum in altitudine ad anteriorem partem expellere.

¶ De modo currendi. Cap. cxlviij.

¶ Dum currere volumus anhelitus in nobisipsis retinēdus est: ac vires in humeris imittende: ⁊ corp⁹ cū vehementia semper aliquātulo ad anteriorē partē pendeat tamen quod in altum: ⁊ super pūctas pedū vadat: Tandem quod summitas frontis vadat ante punctā pedis ad minus p vnā vlnā tanto qō videat semper anterius velle cadere: ⁊ quod cū longis passibus nos sustineamus quod non permittunt cadere: ⁊ semper talem animum decet habere: vt nobis videatur cursum vnū duntaxat passum esse. Quoniam in illo paululuz nos dimittere possunt: ⁊ vsq; in finem cū hoc animo eundum est. Manus aperte: vel extēse: ac dure ire debent: Brachia vero in altum recollecta: ⁊ q tibie per genua plicentur ex directo hoc est non dimittendo ipsas nimū retrocedere: nisi quod sursum pedes tollantur: ⁊ puncte pedum aliquātisper fortis pendeant: oportet autem tibias nimium aperire vt longos passus faciant: nihilominus quod tantum anterius pendeamus: vt dictū est subleuato collo: ⁊ tota persona q persona de seipsa vadat: ⁊ tamen quod in mutatione pedum obseruetur ne cadat. Et inter alias regulas currendi hec nempe est optima. ¶ Principium: ⁊ finis in quibus homo fundari debet: dū de cursu intendere vult aliter obseruāda sunt videlicet aperire per prius tibias per semora quātū potest: quia in hoc modo passus longi fiunt: ⁊ cursor non cadit: ⁊ eo quod citius homo capiat hunc modū currendi: ⁊ in ipso firmetur per aliquos dies decet ambulando abs q; cursu seipsum habituare ad aperiendum quantum possibile erit tibias per superiorem partem eo quod gradus lōgissimi eueniāt: ⁊ hac cōsuetudine assumpta ambulando facile est ipsam obseruare dū currim⁹.

¶ De aliquo ordine obseruādi psonas nostras dū i viribꝫ pualeꝫ volumꝰ. Cap. cxlix.

¶ Jam vero satis circa membrorum exercitia scripsimus. Sed ad perficiendum: vel agendum ipsa vti fieri debet conueniens est quēq̄ optimam naturalem aptitudinem habere similiter assidua inuigilantia indigemus de escis: aut substentatione nostrarum personarum: Quoniam qui in cibis luxuria: seu alijs vitijs ac sceleribus inordinate degunt cito egritudines succedunt ita quod nequeunt opera magna corporibꝫ competentia agere. ¶ Et vt se quisquam in bona valitudine diutius conseruet cuiuscunq̄ complexionis fuerit melius habere nequimus nequidem adeo vniuersale remedium quemadmodum obseruando quā dā regulā competentem illis qui metuunt pinguescere. Quanquam pleriq̄ abnegent vt similis regula sit que contra pinguedinem prosit: ꝛ q̄ in alijs pluribus detrimentum non afferat: nos tamen econuerso sentimus: Licet interdum vtile esset hanc regulam cresci ac diminui. Sed vniuersaliter bona erit quocunq̄ tempore atq̄ omnibus personis quam potissime dicimus esse: parum ac temperate bibere: presertim extra prandium: ꝛ pluries ea quantitas assumenda est. Quod si vna vice nimium biberetur organa siquidē aperiuntur reimplentur: ꝛ destruuntur. Deinceps alij humores locum adinueniunt vt decurrat: Aqua sola nimium relaxat: ꝛ vinum merum cum fumositate membra occupat. Quocirca homines pingues assidue molles: atq̄ occupati cognoscuntur: ꝛ in vna comestione non debet multū comedine membra dilatentur quemadmodum iam assignauimus. ¶ Alij cibi semper magis de sicco q̄ de humido habere debent. Quāobrē fructus euitādi sunt: ꝛ p̄ sustentandis viribꝫ potius assatum: q̄ lixum assumendum est: de inuenibus tamen intelligitur. Būq̄ egritudinibus non vexantur venter non est dimittendus omnino exolutꝰ: vel sine cuctura. Prima enim pars i qua quis pinguescere incipit ē in aluo. Jecirco qui timet ne pinguis fiat semper debet aliquantulo aluum constrngere: neq̄ tamen est nimium constringendus vt ibi transire queant. ¶ Quosdā ieiunare videmus aut semel in die comedere: ꝛ tamen pinguescere. Jsti vero multuꝫ cibi in vno prandio assumunt: quod fieri non debet. Etiā in aliquo nos exercere debemus. ¶ Raro enim videtur aliquod animal quod pro maiori parte temporis laboret: vt nimium pinguescat dummodo per aliquam infirmitatem non fuerit.

¶ Regula sup ītētu quē homines assumeꝫ debēt vt i varijs rebꝰ magistri fiāt. Cap. cl.

¶ Principio huius libelli palestram tanquam metrum ad plura exercitia ante posuimus tametsi palestra in seipsa ars practica sit: aut satis sensuale exercitiū: Nihilominus decet membra nostra qualiter in locis oportunis imitti debent quandoq̄ directe: ꝛ quandoq̄ inclinate aliquando precedere: interdum vero retro colligi ō eo tpe quo offensuri: ac defensuri sunt: pariterq̄ i alijs discurrēdo quo ad necessitatē: Hec autem omnia ob assiduam continuationem sciri possunt. q̄uis non verum fundamentum habeamus ad quenis ratione probanda: At vero quo huiuscemodi ignorantia euiteꝫ decet omnia opera nostra intellecui cōmittere. Jpse enim non solum membra ordinat cum debita mensura in exercitijs: quibus membra frequentata sunt: Verumetiam vltra intellectus eis sufficientem cognitionem prebet: vt in quolibet exercitio valeant dūmodo aliqua parua experientia habeatur. ¶ Et membra ex seipsis non valent ad se adaptandum adeo velociter ad res varias operandas. Si vero acturi essemus habitum dūtaxat ob diutinam continuationem maxima vtiq̄ temporis iactura fieret. Tādem aliquid agerem⁹ quod in vsu fieret: ꝛ nō quod ibi sciamus theorice vel rationabiliter probare: nisi tanq̄ a natura ꝛ idistincte aliqd operari. ¶ Sz dum intellectū pro guida seu pre custodia nostra habemus: aut quod ibi omnes curas nostres cōmittimꝰ quum vnum exercitium scimus in pluribus alijs nos instruit: ꝛ in primis docet recte ante omnia que facturi sumus considerare: ꝛ ad hoc oportet temperatos manere: ꝛ esse a vitijs: ac peccatis alienos.
¶ Prima pars iuxta exercitiorum consuetudinem hec est quod nos applicemus vbi alij nobis offendeꝫ nequeunt: Deinde vero quod taliter nos moderemus quod facillime possimus offensuꝫ aduersarijs exire: ꝛ nos recolligere: De hoc autem in factione artiū euidentissimū exemplum prefertur: Quum enim circuꝫ fossas vallosq̄ edificant: vt inimici appropinquare nequeant: ꝛ pro bombardarum propagulo in grossicie muroꝝ elaborāt quādoq̄ parietes sublimes sunt: In summitatibꝰ vero cōuexis ne ipsas scalare possint: ꝛ vltra hoc per inferiorem partem portas coopertas: ac discoopertas struunt per quas tuto exire: ac redire

queaut ad locū eoꝝ munitū. Nā saltē pro re insallibili tenemus quenq̄ posse dubius aliquam arcē defen dere: nisi habuerit animum: z locū frequenter nocendi aduersario. Quod vtiq̄ exemplū ad quodcūq̄ no strū exercitiū applicandū est. Semper enim vnus pes illic assistere debet vbi super se reperiatur: z quod sa cilline queat alteri suffragari: z idem de quocūq̄ alio membro dicimus quod ad beneficium totius cor poris inuigilare debet.

¶ Qualiter habita de cōplexionibus cognitione cuiq̄ intrinsece sciētie ꝓdest. Cap. cli.

